Digitized by Google

6
6 M
3

Digitized by Google

9-15-2-4

Digitized by Google

Digitized by Google

X 3. 14.
N. 11.

Digitized by Google

VITA
NICOLAI QUINTI
PONT. MAX.

Ad Fidem Veterum Monumentorum

A DOMINICO GEORGIO
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
BENEDICTI PAPÆ XIV.
EX INTIMIS SACELLANIS
CONSCRIPTA.

Accedit ejuſdem Diſquiſitio de Nicolai v. erga litteras, & Litteratos viros patrocinio.



ROMÆ, M.DCC.XLII.
Ex Typographia Palearinorum.

PRÆSIDUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

BENEDICTO XIV.

PONTIFICI MAXIMO.

DOMINICUS GEORGIUS FELICITATEM.

QUOD, *te jubente*, BEATISSIME PATER, *atque in ipſis tui Pontificatus exordiis benigne hortante, litteris conſignare cœpi, & nunc edidi, id tibi vere-*

Digitized by Google

cunde quidem, nec ſine metu offero. Quid enim non pertimeſcam, quum probe noſcam, nihil me, neque ingenio, neque induſtria elaboratum præſtare poſſe, quod hominum luce, ne dum Pontificia majeſtate dignum eſſe videatur? Mihi autem mandaſti, ut Geſta Romanorum Pontificum, qui poſt Eugenium IV. *Apoſtolicæ Sedi præfuerunt, a nuperis in Gallia Scriptoribus intermiſſa, perſequerer. A* Nicolao *Pontifice hujus nominis* V. *erat inchoandum, quem ob præclaras virtutes admirari, & magni facere ſoles. Dum vero manus operi admoveo, ſcriptiſque etiam pro modulo res ejus geſtas tradere incipio, atque eas cum tuis virtutibus confero, ſummam inter ſeſe conjunctionem intercedere deprehendo; ac dum intenſius mentis oculis*
eas

Digitized by Google

eas perluſtro, te in multis longe eum antecellere animadverto. Tanta igitur morum, atque virtutum ſimilitudo, pudorem quodammodo meum vicit, & alacritatem etiam quandam mihi addidit. Ille enim obſcuris parentibus procreatus, licet non natus eſſet Bononiæ, eam urbem tamen, ut patriam coluit, quippe qui a teneris annis ſtudiorum altricem, ac fortunarum ſuarum ducem illam habuerit; atque unius Nicolai Albergati Cardinalis, & Bononienſis Antiſtitis viri ſanctiſſimi domeſtica diſciplina inſtitutus, eo pervenit, ut ad Bononienſis Eccleſiæ infulas fortunate admoveretur, quam tamen vix a limine ſalutavit. Brevi demum, Superis bene faventibus, in ampliſſimum Cardinalium ordinem poſt nonnullas curſim obitas Legationes

Digitized by Google

tiones eſt cooptatus, atque mox cunctis Patrum ſuffragiis inſperato Pontifex renunciatus. Tu vero, BEATISSIME PATER, *Bononiæ ex clariſſima Lambertinorum gente ortus, ſingulari ac prope divino ingenio præditus, Romæ a teneris unguiculis liberalibus ac ſanctioribus diſciplinis edoctus, tanta ac eximia ingenii ac ſapientiæ tuæ monumenta in magno totius orbis theatro edidiſti, ut ex permultis, quæ pro Apoſtolica Sede muneribus ſtrenue geſſiſti, maximam ſis laudem conſecutus. Nullum ſane erat tam arduum, ac tam difficile negocium, quod a Romanis Pontificibus tibi diſcutiendum non committeretur. Quamobrem nemo eorum in Urbe fuit, qui quum Cardinalis creatus es, ſerius quam merebaris, delatum tibi ampliſſimum*

Sena-

Senatus honorem, & ad eum te cum ipſius dignitatis pulcherrimo ornamento, pientiſſimi Pontificis Benedicti XIII. *collaudato conſilio, perveniſſe non judicaret. Bononienſem deinde Eccleſiam poſt Anconitanam, decennio ferme ita ſapienter, ita ſancte rexiſti, ita, ſaluberrimis editis Sanctionibus, moderatus es, mores ac diſciplinam ita reſtituiſti, ut aliarum nunc exemplo eſſe poſſit: tanta vero caritate Bononienſem Sedem complexus es, ut ab ea nondum divelli patiaris, quo novis eam ac ſplendidiſſimis honorum, beneficiorumque generibus cumulare pergas. Tu etiam repente, & mira ſuffragiorum conſenſione, quando minus Pontificem expectabamus, cœlitus nobis es datus, tanta ac tam effuſa totius Urbis lætitia, ac plauſu,*

ſu, ut majorem antea homines non meminiſſent. Ille diuturnum ſchiſma delere & exſcindere, hæreſes evellere, mores & Eccleſiaſticam diſciplinam reſtituere, fidem catholicam amplificare, æs alienum diſſolvere, pacem inter diſſidentes componere, barbaras immaneſque gentes peſſumdare, ac beatum pacatumque terrarum orbem efficere ſtuduit. In tantas tu calamitates divini Numinis providentia, ubi in B. Petri cathedra es collocatus, non incidiſti, omne tamen ſtudium ponis in catholicæ fidei, morum, & orbis chriſtiani incolumitate tuenda. Nam, quod ad ſartam tectam Eccleſiaſticam diſciplinam ſervandam, moreſque reſtituendos attinet, Apoſtolicis identidem & encyclicis litteris, decretiſque in eam curam quam maxime

xime incumbis ; pacem flagrantiſſime cupis , preceſque pro chriſtiano populo quotidie fundis , ac effundi publice , ſtatuiſti ; fidei catholicæ propagandæ pro rei dignitate advigilas . Ærarii vero Apoſtolici rationibus quàm ſollicite conſulis ! Quot impenſas & ſumptus minuiſti ! A te primum inchoaſti ; victum cibumque parciſſimum tibi præſcripſiſti ; obventiones omnes in arcam Pontificalem inferri mandaſti . Ille ſacrorum rituum , divinique cultus ſtudioſiſſimus , templa inſtauravit , & ſacra gaza ditavit , Urbem ipſam ædificiis & munimentis , Vaticanam Bibliothecam codicibus inſtruxit , litteras & litteratos viros mirifice dilexit , & coluit . Tu divini humanique juris , ſacrorumque rituum ſcientia clariſ-

ſimus, ut plura eaque eximia a te edita volumina teſtantur, in divinis officiis rite ac decore peragendis animum attendis, & ornatui templorum largiſſime proſpicis. Etenim Liberianæ Baſilicæ labentem porticum a fundamentis reſtituis, ac magnificenter extruis, alia ejuſdem Baſilicæ intus, ac foris injuria temporum corrupta ædificia inſtauras. Lateranenſe triclinium, venerandum ſacræ vetuſtatis monumentum, LEONIS III. *Pont. Max. juſſu muſivo opere elaboratum, a ſolo in priſtinum locum ſplendoremque reſtituis. Baſilicam Seſſorianam, ſeu S. Crucis in Hieruſalem, quam ante Pontificatum in titulum obtinebas, vetuſtate dilabentem, parietibus interius, tectis, porticu, & laquearibus renovatis, via prius ad*

La-

Digitized by Google

Lateranum, clivis complanatis, directa, in venuſtam ſpeciem redigis. Alias item Urbis Eccleſias reficiendas, muniendas, & donariis decorandas curas: Xenodochium Sancti Spiritus in Saxia novarum ædium molitione amplificas. Ad hæc, Antonini Pii columnam a Clemente XI. *Pont. Max. erutam, at adhuc jacentem, in conſpectu Innocentianæ Curiæ ponere meditaris, jactis jam tua impenſa fundamentis, & baſi, ad ejuſdem columnæ ſtylobatam affabre inſculptum, ingentiſque molis ibidem collocandum. Capitolinas ædes deceſſoris tui* Clementis XII. *Pont. Max. exemplo, ſignis, anaglyphis, aliiſque antiquitatis monumentis pulcherrimis auges. Bibliothecam Vaticanam, Muſeo Carpineo pridem, & in dies codicibus ditare non*

 ceſſas.

ceſſas. Quod ſi hæc ac tanta, tuis ſumptibus, te aggredi ac facere, ſecundo nunc expleto tui Pontificatus anno cernimus, quid in poſterum, te diu ſoſpite, viſuri ſumus? Quis vero litteras, & doctrina præſtantes viros te impenſius, aut amavit, aut coluit unquam? Ubi primum enim ad ſummi Apoſtolatus apicem es evectus, Academias in Urbe, quarum aliquæ dudum conticuerant, veluti dormientes excitaſti, alias inſtituiſti, in quibus eruditæ atque ſelectæ diſceptationes, ac frequenter te coram, menſibus ſingulis haberentur: viros doctos quotquot in Urbe ſunt, & præmiis, & honoribus, ad ſcribendum edendumque aliquid impellis. Nihil hoc loco de me dicam, quem in eum cenſum non venire, ſatis intelligo, facere tamen
non

non poſſum , quin ſummam illam tuam clementiam celebrem, qua me prorſus immeritum inter familiares tuos adſciſcere, beneficiis ſponte ornare voluiſti, atque ad ſcribendum ſuaviſſimis verbis hortari. Ingratus eſſem, ſi hæc de me reticerem. Fuit denique NICOLAUS *Pontifex conſilio præſtans, clemens, mitis, benignus, pius, humanus, in omnes miſericors, liberalis, & munificus. Ecquis, amabo, erit, ſi mores tuos, ac virtutum tuarum præclaram indolem introſpiciat, ſi ad te accedat unquam, aut alloquatur, qui hæc tibi excellenter ineſſe non fateatur? Liceat igitur mihi uſurpare de te, quod de illo alii memoriæ prodiderunt, nihil eſſe nimirum tam arduum, tam difficile, tam profundum, quod conſilio non expedias, conſi-*

Valla in Præfat. ad Lib. I. Elegant.

conficias, & tranſigas, ac divinam propemodum tibi eſſe ingenii vim, & celeritatem. Quam porro præclare de litteris cum interlocutoribus familiari ſermone poſt occupationum fluctus loqueris! Qua pronunciandi majeſtate & gratia, quanta memoria, quanta rerum copia, quanta doctrinarum omnium peritia, vel humanarum, vel divinarum, ut nihil ita ſalebroſum, & abditum ſit, quod te fallat, nihil ita tenue in litteris exiguumque, quod te fugiat! Si hæc de te jure prædicantur, & olim de NICOLAO *dicta ſunt, quis non videat, arctiſſimam inter utrumque morum, ac virtutum conformationem fuiſſe divini Numinis conſilio conſtitutam? Hæc certe me, dum* NICOLAI *Geſta conſcriberem, meditantem, a metu illo quodammodo libe-*

liberarunt, quo ſuſpenſus, ea in tui conſpectum afferre non audebam. Quod ſi ob ingenii mediocritatem efficere non potui, ut perſpicue, ac diſerte tanti Pontificis immortalia merita poſterorum memoriæ mandarem, conatus equidem ſum ea adumbrare, ac tui ipſius imaginem quandam effingere; ut qui res tuas, & illius legent, unius virtutes ac ornamenta legiſſe videantur. Utinam vero, ut ex animo adprecor, longiora tibi & auſpicatiora Pontificatus tempora Deus optimus maximus largiatur. Diu vivas Chriſtianæ Reipublicæ præſidio & incremento, ac populorum felicitati. Te incolumi, res humanas felices futuras eſſe ſperamus. Quid autem optatius, Beatissime Pater, *ad fauſta bene precandum, mihi obtingere potuiſſet, quam ut hanc*

hanc epiſtolam ea die ederem, qua initia tertii anni tui Apoſtolatus, ex quo Pontificia tiara fuiſti redimitus, more majorum recolimus, atque inter Urbis totius, omniumque ordinum feſtivam lætitiam, ſummaſque gratulationes vota pro SANCTITATIS TUÆ *incolumitate pro diuturnis, ſecundis, ac pacatiſſimis Pontificatus temporibus, pro Eccleſiæ Chriſti, atque chriſtiani orbis felicitate nuncuparem? Ea auſpicatius pro fauſto rerum eventu ſuſcipi non poterant. Iis igitur rite conceptis, in genua provolutus, beatiſſimos pedes humillime deoſculor, atque ut Apoſtolicam benedictionem mihi rependas, enixe obſecro.*

Romæ die XXI. Auguſti A.D. MDCCXLII.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO.

QUA de cauſſa Nicolai v. Pont. Max. Vitam ſcripſerim, paucis es, Lector, monendus. Licet enim ex his, quæ in Nuncupatoria epiſtola indicavi, facile conjicere potueris, me juſſu Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI XIV. Pont. Max. hanc molam verſaſſe, apertius tamen res eſt tibi declaranda. Simul ac ad Apoſtolicæ Sedis faſtigium fuit ille elatus, cupere ſe ſignificavit, ut Geſta Romanorum Pontificum, quæ a *Franciſco*, & *Antonio* Pagiis Minoritis a *B. Petro* ad *Eugenium* iv. typis mandata fuerant, ſed jampridem intermiſſa, quod fama vulgo tulerat, *Antonium Pagium* juniorem, qui *Franciſco* patruo in labore ſucceſſerat, obiiſſe, ad umbilicum perducerentur, hanc ſpartam mihi mandavit. Parui tantis juſſibus, atque Nicolai v. qui *Eugenio* iv. ſuffectus eſt, Vitam pro ingenii mei tenuitate jam exaraveram, cum auditum eſt, *Antonium Pagium* adhuc vivere,

eandem incudem tundere, atque prælo jam volumen aliud paraſſe. Quanquam hæc rumore potius, quam certa fama vulgata fuere, ab incœptis tamen ejuſdem Sanctiſſimi Pontificis monitu deſtiti. Malui vero hanc unam Nicolai v. Vitam in vulgus hominum prodire, quo tanti Pontificis imperio me obtemperaſſe omnes intelligerent, utque in legentium animis Nicolai v. celeberrimi Pontificis memoriam excitarem. Scimus, a pleriſque hujus Pontificis Geſta litteris fuiſſe tradita, nimirum a *Jannotto Manetto*, *Bartholomæo Platina*, *Papirio Maſſono*, *Johanne Stella*, *Alphonſo Ciaconio*, *Abrahamo Bzovio*, *Odorico Raynaldo*, *Henrico Spondano*, *Daniele Papebrochio*, ac noviſſiſime a *Bonaventura de Rubeis*, ut de aliis Epitomatographis taceamus. Manetti opus in pluteis Vaticanis deliteſcit, ex quo multa Raynaldus decerpſit, & in magnos Eccleſiaſticos Annales retulit; at nuper ex alio apographo inter Scriptores rerum Italicarum lucem vidit. Jampridem illud edere cogitabat Leo Allatius, ut ex ejus Indiculo de nova Symmictorum, ſeu Opuſculorum Græcorum & Latinorum vetuſtiorum ac recentiorum editione conſtat. Præter hos, quos memoravimus Nicolai v. Vitam *Franciſcus Philelphus*, & *Veſpaſianus Florentinus* ſcripſerunt, quorum labor adhuc in

Cod. Vat. 2046.

Tom. III. P. II. pag. 906.

Lib. VI. n. 114.

in tenebris jacet. Philelphi opus ſe editurum idem *Allatius* promiſerat. Ipſemet vero Philelphus non uno in loco fatetur, ſe NICOLAI V. Vitam ſcripſiſſe. Etenim in epiſtola ad Blaſium Ghilinum Abbatem Divi Ambroſii, x. *Kal. Februarii* an. 1462. data, hæc habet: *Nihil eſt apud me antiquius animi gratitudine. Quare quum felicis memoriæ Summus Pontifex* NICOLAUS V. *cum me, tum reliquos doctos omnes, atque graves viros immortalibus beneficiis affeciſſet ſemper dum vixit, digniſſimus videri debet, cujus nomen immortalibus litterarum monimentis proſequamur omnes, donec in vivis ſumus. Quam mei animi ſententiam quum ſperem ab omnibus gratis, præſtantibuſque viris probatum iri, reddor etiam ipſe ad rem alacrior. Noſti ſcriptum etiam a me librum de Vita & moribus illius Sanctiſſimi Patris* (NICOLAI V.) *quum adhuc viveret. Inſtitui huic addere item unum, quo nihil, quod ſcitu, vel laude dignum ſit, ad ejuſdem uſque obitum, poſſit a quoquam deſiderari*. Alia epiſtola eidem an. 1464. ſcripta: *Quid autem aliud*, inquit, *tibi ſcripturus ſim, quam vehementer me deſiderare particulam illam, quam vidiſti deeſſe mihi in primo libro, quem olim ſcripſeram de vita & moribus illius ſanctiſſimi divinique Pontificis* NICOLAI V.? *Primum autem dixi, quia inſtitui ſecundum ſcribere, quo nihil de immortalibus ejus laudibus ad obitum*

Ibid. n. 115.

Epiſt. Lib. XVII. pag. 122. epiſtola poſtrema.

Ibid. Lib. XXIV. pag. 165.

obitum uſque prætermiſſum videatur. Nam librum illum, ut ſcis, & ſcripſi, & edidi biennio priuſquam nobis, & ſapientibus eruditiſque viris omnibus, ex hac luce ſublatus eſſet in cæleſtem gloriam. Alia denique epiſtola Leodriſio Cribello anno 1465. miſſa: *Satis tibi*, inquit, *homini circumforaneo de* NICOLAO V. *reſponſum eſt, cujus nomen ſanctiſſimum, venerabilemque memoriam quanti faciam, univerſa noſtra opera declarant, quæ vel verſu, vel oratione ſoluta poſt ejus obitum, & Latine ſcripſimus, & Græce, non pauca.* Hucuſque Philelphus. Veſpaſianus vero natu Florentinus, patria lingua ſcripſit Vitas illuſtrium Virorum, qui ſuis temporibus floruerunt, inter quas eſt NICOLAI V. Vita, quocum aliquando ante Pontificatum familiariſſime vixerat. De Veſpaſiano, ejuſque MS. opere non ſemel meminit Ughellus in Italia ſacra. Nos illud aſpeximus, in Vaticana Bibliotheca. Eadem ferme de NICOLAO V. habet, quæ Manettus, ac initio nonnulla præfatur de hujus Pontificis, ac Federici Urbinatis reguli erga litteras patrocinio, quibus e medio ſublatis, litteras intercidiſſe narrat. Vivebat itaque Veſpaſianus etiam poſt Federici Urbinatum Ducis obitum. Julius Niger de Hiſtoricis Florentinis, hunc Veſpaſianum e gente Strozia facit; quod quidem ex memorato Codice eruere

Ibid. Lib. XXVI. pag. 181.

Cod. Vat. 3224. pag. 22. & ſeq.

re nobis non licuit, ſed purum putum Veſpaſiani nomen.

At, inquiet aliquis, cur crambem coctam recoquere non vereris, ſi tot egregii viri hucuſque de Nicolao v. ſcripſerint? Quid præ cæteris præſtare putas? Nihil prorſus, ſi ii fidi interpretes & enarratores fuerunt, ſi nihil prætermiſerunt, ſi quandoque dormitare viſi non ſunt. Eos ſequor cum tute incedunt, ab his deflecto, cum aberrant, atque in ſemitam eos redire cogo. Non ſum tam impudens, ut me tantis viris, aut æquiparare, aut præferre audeam; quin multa me ab iis didiciſſe fateor. Ex Apoſtolicis tabulariis multa deprompſi; cuncta, doctrinâ temporum ſervata, annis ſingulis accommodavi, ratus rerum ordinem immaniter perturbari, ſi temporum ratio perturbaretur. De his te præmonitum, Lector, cupio antequam ad lucubrationem hanc legendam accedas, teque oro, ut erratis meis, ac rudi ſcribendi generi humaniter ignoſcas.

Digitized by Google

INDEX
CAPITUM.

A. D. 1447.

I. *Eugenii* IV. *obitus, & funebria. Oratio de novo eligendo Pontifice, a quo babita.* pag. 1.
II. *Locus comitiorum. Cur cœnobium Minervitanum delectum.* 3.
III. *Prima ſuffragiorum latio.* 4.
IV. *Nicolai* V. *in Romanum Pontificem electio poſt ſecundum comitiorum diem.* ibid.
V. *Ejus electio divinitus.* 5.
VI. *Fauſta præſagia de Pontificatu, dum in minoribus eſſet.* 6.
VII. *Cur Nicolai nomen aſſumpſerit. Quo anno ætatis Pontifex factus. Ejus corporis babitus.* ibid.
VIII. *De die electionis, librarii mendum a Papebrochio notatum.* 7.
IX. *Bononienſi Capitulo electionem ſuam ſignificat.* 8.
X. *Coronationis dies.* 9.
XI. *Inſignibus S. R. E. tantum utitur. Signum diplomaticum, quibus verbis inſcriptum.* ibid.
XII. *Ejus patria, ortus, genus, primordia, ac inſtitutio puerilis.* 10.
XIII. *Ingenii vis ac memoria a puero.* 13.
XIV. *Clericali militiæ adſcribitur. Bononiam petit ſtudiorum cauſſa.* ibid.
XV. *Inter familiares a Nicolao Albergato Epiſc. Bonon. adſcribitur. Ad presbyteratum promovetur.* ibid.
XVI. *Num medicus fuerit.* 14.
XVII. *Nicolaus Albergatus, Cardinalis creatus. Exinde Thomas ejus individuus vitæ comes.* ibid.

XVIII. *Va-*

XVIII. *Variæ Card. Albergati Legationes, Thoma ſemper comite.* 15.
XIX. *Quæ partes Thomæ fuerint in Legationibus Card. Albergati.* 16.
XX. *Thomæ cum viris doctis familiaritas, & conſuetudo. Ejus Epiſtola ad Nicolaum Nicolium de quibuſdam vetuſtis codicibus.* ibid.
XXI. *Obitus Card. Albergati.* 17.
XXII. *Munia ab Eugenio* IV. *Thomæ data. Canonicus Bonon. Creatus Subdiaconus Apoſtolicus.* ibid.
XXIII. *Vicecamerarius Papæ. Orator ad Florentinos, ac ad Alphonſum regem Aragonum.* 18.
XXIV. *Quando Epiſcopus Bononienſis factus. Sigonius notatus. Viſitatio & reformatio Baſilicæ Lateranen. ei commiſſa.* 19.
XXV. *Quando miſſus in Germaniam Nuncius & Legatus. Illius geſta in Legatione Germanica.* 20.
XXVI. *Romam pergit. Ad Burgundiæ Ducem ab Eugenio mittitur. Ad Francofurtenſia comitia divertit.* 21.
XXVII. *Apoſtolicæ Sedis in Germania Nuncii novis facultatibus, ac Legatorum de latere poteſtate ab Eugenio donantur.* ibid.
XXVIII. *Quando Thomas ſit Cardinalis creatus. Sigonius iterum notatus.* 22.
XXIX. *Bononienſi Capitulo, ſe Cardinalem creatum, ſignificat.* 24.
XXX. *Num uno eodemque anno Epiſcopus, Cardinalis, & Pontifex factus ſit. Platinæ, & aliorum hac in re lapſus.* ibid.
XXXI. *Principum & civitatum Legati ad Pontificem gratulandi cauſſa. Pontificis ad Alphonſum regem ablegati, & Alphonſi ad Pontificem Oratores.* 25.
XXXII. *Bononienſium ſplendida Pontifici Legatio. Bononienſis Epiſcopi creatio.* 26.
XXXIII. *Gratulatoriæ ad Pontificem litteræ, inter quas elegans Franciſci Barbari epiſtola.* ibid.
XXXIV. *Qui rerum ſtatus, dum Pontificatum Nicolaus ſuſcepit.* 27.

XXXV. *Ni-*

XXXV. *Nicolai ſtudia pro ſchiſmate tollendo*. 27.
XXXVI. *Gallorum regis ſtudia pro ſchiſmate tollendo*. 29.
XXXVII. *Lugdunenſis conventus. Quid in eo actum ſit*. 30.
XXXVIII. *Amedeus, qui Felix* v. *Antipapa, hæreticus denunciatus. Alia in eum decreta. Quæ promiſſa, ſi reſipiſceret*. ibid.
XXXIX. *Conatus Amedei, ut Regem Gallorum ſibi conciliaret*. 31.
XL. *Formula pacis in Gebennenſi conventu propoſita*. ibid.
XLI. *Poloni, ſchiſmate ejerato, ad catholicam fidem redeunt, præter Academiam Cracovienſem, & nonnullos alios*. ibid.
XLII. *Italicos Principes ad pacem Nicolaus hortatur. Ferrarienſis conventus pacis ineundæ cauſſa. Pax infecta ex obitu Ducis Mediolani. Dominicus Card. Capranica in Picenum Legatus mittitur*. 32.
XLIII. *Pacem inter Hungaros, & Fridericum Cæſarem curat*. 33.
XLIV. *Salisburgenſi Eccleſiæ, Eugenii, & aliorum Ponficum diplomata de jure eligendi Gurcenſem, Chiemenſem, Seccovienſem, & Laventinum Epiſcopos, confirmat*. 34.
XLV. *Nonnullos articulos Ducis Burgundiæ ſuper concordia cum S.R.E., & ejuſdem Ducis cum Gallorum rege fœdus confirmat*. 35.
XLVI. *Legationes in varias Provincias Reip. chriſtianæ cauſſa hoc anno a Nicolao miſſæ*. ibid.
XLVII. *Cleri Tranſylvaniæ, & Albaniæ reformatio Archiepiſcopo Strigoniæ, & Albaniæ Epiſc. commiſſa*. 37.
XLVIII. *Jo: de Capiſtrano adverſus Fraticellorum ſectam Inquiſitor*. ibid.
XLIX. *Decreta adverſus fœneratores in Aragoniæ, & Sardiniæ regnis*. 38.
L. *Populis, & toparchis ditionis Eccleſiaſticæ venia data. Iidem honoribus reſtituti*. ibid.

LI. *Apo-*

LI. *Apoſtolicæ Sedis in Corſica Præſes, & moderator a Nicolao v. confirmatus.* 40.
LII. *Privilegium Epiſcopo Bononienſi de quibuſcumque cauſſis cognoſcendis conceſſum.* ibid.
LIII. *Obitus Cardinalis Portugallenſis.* 41.

A. D. 1448.

I. *Epiſcopus Camerinenſis in Poloniam ad ſedandum ſchiſma ablegatur. Quid in Regem, & alios præſtiterit.* 42.
II. *Antonius Cerdanus, Archiepiſcopus Meſſanenſis, Cardinalis creatus.* ibid.
III. *Paci imploranda, ad opem divinam Pontifex confugit. Proceſſionem ſolemnem ad S. Marci diem indicit, in qua pedeſter incedit.* 43.
IV. *Hujuſmodi proceſſio a* BENEDICTO XIV. *celebrata.* 45.
V. *Pacta conventa inter Jo: S. Angeli Card. Legatum, & nationem Germanicam.* ibid.
VI. *Concordata nationis Germanicæ Apoſtolica auctoritate confirmantur.* 46.
VII. *Fridericus Epiſcopus Baſileenſis cum clero & populo ſchiſmatis veniam petit, ac a perpetratis abſolvitur.* 47.
VIII. *Schiſmaticorum Decretum apud Lauſanam.* ibid.
IX. *Conſtitutio pro Salisburgenſi Eccleſia, ne quid juris detractum ſit, in electione Chimienſis, Seccovienſis, & Laventini Epiſcoporum, ob Germanica Concordata.* 48.
X. *Cracovienſis Academia pervicax in agnoſcendo Pontifice. Academia Pariſienſis per Legatos obedientiam præſtat.* 49.
XI. *Splendida Gallorum regis ad Nicolaum Pontificem legatio.* 50.
XII. *Gallorum regi gratias agit ob legationem miſſam.* 51.

XIII. *Acta apud Pragenſes a Jo: Card. S. Angeli Legato.* ibid.
XIV. *Praga proditione Huſſitarum capitur. Rockyzana jus Archiepiſcopi Pragenſis ſibi arrogat.* 52.
XV. *Bellum ſacrum adverſus Turcas a Jo:Huniade ſuſceptum. Noxarum veniam plenisſimam ad bellum euntibus Pontifex concedit.* 53.
XVI. *Delictorum venia data militantibus adverſus Granatenſes Mahometanos. Anathema inflictum auxilia iiſdem Mahometanis ferentibus.* ibid.
XVII. *Legati Apoſtolicæ Sedis in Ciſalpina Gallia, & ad Alphonſum regem creati.* 54.
XVIII. *Jo: Card. Morinenſis Legatus ad pacandum Alphonſum regem cum Florentinis. Fœdus inter Pontificem & Senenſes renovatum.* ibid.
XIX. *Ne Latini in regionibus Græcorum degentes, Græcorum ritus uſurpent.* 55.
XX. *Errores in Burgundia exorti. Iis tollendis quid actum a Pontifice ſit.* ibid.
XXI. *Bononienſis gymnaſii Magiſtris jura, & præmia confirmantur.* ibid.
XXII. *Cardinalium creatio.* 56.

A. D. 1449.

I. *Aſſignatio titulorum novis Cardinalibus facta.* 57.
II. *Aperitio oris novis Cardinalibus non uno eodemque tempore facta. Nonnulla de hujuſmodi ritu explicantur.* ibid.
III. *Obitus Cardinalis Tarentini, & Card. S. Pauli.* 60.
IV. *Indictio Jubilei pro anno Sanctiori.* ibid.
V. *Inquiſitio de vita & miraculis Bernardini Senenſis nonnullis Cardinalibus delegata.* 61.
VI. *Manichæorum hæreſis in Boſnia renata.* ibid.
VII. *Cmerinenſes a perduellionis crimine abſoluti.* 62.
VIII. *Lambertinæ familiæ hoſpitia Podii Rognatici, & Capraria confirmat.* ibid.

IX. *Schiſma penitus ſublatum. Qua ratione finis ejus a quibuſdam narretur.* 63.
X. *Vera de abolitione ſchiſmatis ex Nicolai* v. *Regeſtis narratio.* 65.
XI. *Ingens Romæ lætitia de ſchiſmate ſublato.* 66.
XII. *Diplomata a Nicolao, ſchiſmate ſublato, edita.* 68.
XIII. *De Amedei dignitatibus, atque Legatione.* 69.
XIV. *Peſtis cauſſa Pontifex in Umbriam, & Picenum divertit.* 70.
XV. *Rubeum galerum Sbigneo Cardinali in Poloniam mittit.* 71.
XVI. *Ratio erogandæ pecuniæ pro bello adverſus Saracenos in Hiſpania gerendo, Oxomenſi & Legionenſi Epiſcopis commiſſa.* 73.
XVII. *Morbi genus, quo conflictari Pontifex cœpit. Ejus in Urbem reditus.* 74.
XVIII. *Pſeudocardinales dignitati & honoribus reſtituuntur.* ibid.

A. D. 1450.

I. *Anni Sanctioris celebratio.* 75.
II. *Peſtis in Urbe, ac in Italia graſſatur. Nonnullæ Pontificis Sanctiones.* 77.
III. *Ingreſſus in Urbem Nicolai de Cuſa, & Epiſcopi Auguſtani Cardinalium, qui rubeo galero a Pontifice donantur.* 78.
IV. *Collatoribus beneficiorum in ditione Ducis Sabaudiæ, ne infra biennium expectativas admittere teneantur, concedit.* 79.
V. *Biſuntinam Academiam inſtituit. Pro gymnaſio Urbis Bonif.* VIII. *Sanctionem innovat.* ibid.
VI. *Sbigneo Cardinali gratias agit, quod ejus opera bellum civile in Pannonia ſopitum fuerit, & opportunis facultatibus eundem Sbigneum ad id munit. Huniadis pactiones cum Raſciæ Deſpota reſcindit.* 80.

VII. *Bernardinum Senenſem Sanctorum numero adſcribit.* ibid.
VIII. *In Picenum Pontifex ſecedit. In Umbriam redit. Varias Sanctiones promulgat.* 81.
IX. *Rogatu Alphonſi regis Academiam Barcinonenſem inſtituit. Inſulam caſtri rubei eidem regi concedit.* 82.
X. *Borſius Ateſtinus Marchio, civitatis Ferrariæ & ejus comitatus Vicarius pro S. R. E. dicitur. Alia caſtra ei conceduntur.* 84.
XI. *De Chaldæis in Cypro commorantibus quid ſtatuerit. Contra Manichæos in Boſnia, & Turcas pugnantibus veniam delictorum largitur.* ibid.
XII. *Conſtantinopolitana Pſeudoſynodus a nebulone quodam conficta.* 85.
XIII. *Æneas Sylvius Neapoli ſponſalia inter Leonoram Luſitanam, ac Fridericum Cæſarem ſtipulatur. De his certiorem Pontificem reddit, ac de voto Cæſaris Imperatoriæ coronæ ſuſcipiendæ. Pontificis reſponſum.* 86.
XIV. *Obitus Henrici Cardinalis, Mediolanenſis Antiſtitis. Adventus in Urbem Cardinalium tit. S. Sabinæ, & tit. S. Anaſtaſiæ.* ibid.
XV. *Roſa aureæ, & gladius nonnullis Principibus dono miſſa.* 88.
XVI. *Jubilei pleniſſimam Indulgentiam nonnullis Regnis ac Provinciis concedit.* ibid.
XVII. *Nicolaus de Cuſa Cardin. in Germaniam Legatus mittitur,* 89.

A. D. 1451.

I. *Approbatio concordiæ inter Alphonſum regem, & ditionum illius clerum de ſolutione decumarum belli ſacri cauſſa.* 90.
II. *Sanctiones variæ de rebus fidei, & morum.* ibid.
III. *Nicolaus de Cuſa Germaniæ Legatus Concilium Mogun-*

Digitized by Google

Moguntinum celebrat. Anglica, & Burgundica Legatio ei decernitur. Aliæ hujus anni Apoſtolicæ Legationes. 92.

IV. *Æneæ Sylvii geſta apud Bohemos. Ejuſdem cum Taboritis, Podiebrachio, & Rockyzana colloquium.* 94.

V. *Errata nuperi Scriptoris Hiſtoriæ Baſileenſis concilii de Rockyzana.* 96.

VI. *Numerus Clericorum Cameræ Apoſtolicæ ad ſeptem a Pontifice redactus. Ærarii Apoſtolici juribus providet.* ibid.

VII. *Gallicani caſtrum Pontificis decreto Lucenſibus reſtituitur. Glaſcovienſe gymnaſium inſtituit, Cadomenſe confirmat.* 97.

VIII. *Privilegia Fratrum Ord. Prædicatorum confirmat. Diſquiſitiones de Vincentii Ferrerii virtutibus haberi mandat. Templum in honorem S. Bernardini in urbe Aquila excitari indulget.* ibid.

IX. *Patriarchatus Gradenſis Venetias transfertur.* 98.

X. *Interitus Amuratis, Mahometes ſuccedit, qui Cypri regnum vexat. Quid actum a Pontifice pro ſuppetiis regi Cyprio ferendis.* 99.

XI. *Pontificis Epiſtola ad Imperatorem Græcorum de eorundem ſchiſmate, & erroribus.* ibid.

XII. *Obitus nonnullorum S. R. E. Cardinalium.* 100.

XIII. *Æneas Sylvius in Italiam a Cæſare miſſus ad excipiendam Leonoram ejus ſponſam. Metus Pontifici incuſſus de Cæſaris in Italiam adventu, diſſolvitur.* 101.

A. D. 1452.

I. *Friderici Cæſaris in Italiam adventus ad ſucipiendam Imperii coronam. Ab Italis Principibus munifice excipitur.* 102.

II. *Leonora ad Liburni portum. A Cæſare ad portas urbis Senenſis excipitur. Cæſaris iter Romam ver-*

verſus. Quo ritu extra Urbem ei obviam itum ſit. 103.

III. *Quo ritu in Urbem ingreſſus ſit Cæſar, & quo a Pontifice exceptus.* 105.

IV. *Orationes a Friderico Cæſare, & ab Hungariæ rege coram Pontifice habitæ.* 106.

V. *Regni Langobardici corona Romæ Cæſar inſignitur. Cur Mediolani eam non ſuſceperit.* 107.

VI. *Dies coronationis Friderici Imperatoris, & Leonoræ ejus conjugis.* 110.

VII. *Euchariſtia ſub una tantum ſpecie Friderico data ob hæreſim Huſſitarum.* 112.

VIII. *Cur Fridericus non ab Oſtienſi, ſed a Portuenſi Epiſcopo inunctus ſit.* ibid.

IX. *Roſa aurea Friderico Imperatori a Pontifice donata. Milites, ſeu Equites a Friderico ad Ælium pontem creati. Ad Lateranum pergit, ac ad Vaticanum redit. Platinæ, & Naucleri de Friderici coronatione narratio expenſa.* 113.

X. *Apoſtolicum Pontificis diploma, quo Friderici electio confirmatur, & a vitiis ſanatur, ejus coronatio comprobatur.* 115.

XI. *Apoſtolicæ de primariis precibus litteræ Friderico conceſſæ. Quid ſint primariæ preces.* 116.

XII. *Fridericus Imperator Neapolim una cum uxore pergit. Redit ad Urbem. Ladislaus rex fugam pertentat. Imperator in Germaniam tendit, quo ritu ex Urbe diſceſſerit.* 117.

XIII. *Æneas Sylvius Nuncius Apoſtolicæ Sedis cum poteſtate Legati de latere in aliquot Germaniæ provinciis creatur.* 119.

XIV. *Nicolai de Cuſa nonnulla in Legatione Germanica geſta. Concilium Colonienſe celebrat. Item Bambergenſe, cujus decretum Nurimbergenſibus moleſtum Pontifex moderatur.* ibid.

XV. *Geſta ejuſdem Nicolai Legati, & Johannis de Capiſtrano apud Bohemos. Nicolaus Card. iterum ad Bohemos Legatus.* 120.

XVI. *In-*

XVI. *Inteſtinum in Auſtria adverſus Fridericum bellum. Quomodo ab Apoſtolicæ Sedis Legatis ſopitum fuerit.* ibid.
XVII. *Bellorum in Italia motus. Pontificis curæ in his ſedandis.* 121.
XVIII. *Mahometes arma parat ad Imperii Orientalis excidium. Iſidorus Card. Ruthenus Legatus Byzantium miſſus. Gregorius Patriarcha Conſtantinopolitanus Romam ſe recipit.* 122.
XIX. *Adventus in Urbem Cardinalis Æduenſis, & ejus receſſus.* 124.
XX. *Variæ Pontificis Sanctiones.* ibid.

A. D. 1453.

I. *Nefanda Stephani Porcarii, & ſociorum in Pontificem conſpiratio. Supplicio conjuratorum punita.* 128.
II. *Reditus Card. de Eſtoutevilla ex Gallica, & Card. de Cuſa ex Germanica Legatione.* 131.
III. *Pontificis de conjungendis Græcis cum Latinis ſtudia.* ibid.
IV. *Pontificia claſſis in Helleſpontum ad opem ferendam Græcorum Imperatori miſſa.* 133.
V. *Conſtantinopolis a Turcis capitur. Græcorum Imperator obtruncatur.* 135.
VI. *Litteræ querimoniarum plenæ de clade Conſtantinopolitana ad Pontificem miſſæ.* 136.
VII. *Bellum ſacrum contra Turcas indicitur. Indulgentiarum præmia crucem ſumentibus proponuntur.* 139.
VIII. *Quæſtores ſacri ad pecunias pro bello contra Turcas colligendas deſtinantur.* 141.
IX. *Dominicus Card. Capranica Apoſtolicæ Sedis ad Genuenſes Legatus. Hujus Legationis geſta.* 142.
X. *Variæ de moribus ac diſciplina Sanctiones.* 143.

XI. *Obi-*

XI. *Obitus Franciſci Card. Epiſcopi Portuenſis, & S. R. E. Vicecancellarii.* 144.

A. D. 1454.

I. *Conventus Ratiſponenſis de bello ſacro adverſus Turcas.* 145.

II. *Alphonſus Luſitaniæ rex claſſem adverſus Turcas parat. Imperium in Africam protendit. Bellum ei Caſtellæ rex comminatur.* ibid.

III. *Philippus Burgundiæ Dux bellum ſacrum vovet, at ob ſocordiam torpeſcit.* ibid.

IV. *Pax Italica, Pontificis opera confecta. Quibus legibus.* 146.

V. *Guillelmus Card. Rothomagenſis in Gallias iterum a Pontifice miſſus.* 148.

VI. *Conventus Francofurtenſis de bello in Turcas gerendo. Item alius ea de re Viennæ Auſtriæ habitus.* ibid.

VII. *Ladislai in Pragenſem urbem adventus, ejuſque in regem ſolemnis inauguratio. Quid cum Rockyzana & Huſſitis actum ſit.* 149.

VIII. *Civilia in Dania, Svecia, ac Norvegia bella. Inteſtini in Pruſſia motus, pro quibus ſedandis Nicolaus Cardinalis de Cuſa Legatus mittitur.* 152.

IX. *Everſi Anguillariæ Comitis in Nurſinos vis & bellum. Clam pedem refert. A Pontifice abſolvitur. Nonnullorum in Pontificem criminationes diluuntur. Pacis cauſſa inter Peruſinos, & finitimas civitates Epiſcopus Recinetenſis ablegatur.* 153.

X. *Aliquot hujus anni Pontificis Sanctiones.* 155.

XI. *Alphonſus rex paci ſubſcribendæ per Oratores Italiæ Principum adduci non poteſt. Apoſtolicæ Sedis Legatus ad eum a Pontifice mittitur.* 157.

A. D.

A. D. 1455.

I. *Pax Italica ab Alphonſo rege rata habetur.* 158.

II. *Quæ pro ſacro bello Philippus Burgundiæ Dux paraverit. Decumæ a clero perſolvendæ Pontificis juſſu. Legati Apoſtolicæ Sedis ad eundem Ducem deſtinati.* 159.

III. *Imperium Luſitano regi in Africa Apoſtolicis litteris Pontifex confirmat.* 160.

IV. *Athenæ a Mahomete captæ. Taurica Cherſoneſus, & alia ad mare Ponticum a Chriſtianis culta loca, Turcarum feritati objecta. Hortatoriæ Pontificis ad opem ferendam litteræ.* 161.

V. *Nonnullæ hujus anni Apoſtolicæ litteræ.* ibid.

VI. *Extremus Pontificis morbus. Sacramentis munitur. Cardinales alloquitur. Pie obit. Anni Pontificatus.* 162.

VII. *Ejus parentalia. Orationes de eo funebres, Epitaphium.* 164.

VIII. *Ejus virtutes, atque religio.* 165.

IX. *Ædes ſacræ, ædificia, & opera publica a Nicolao Pontifice inchoata, & perfecta.* 166.

X. *Quid in eo notatum ſit.* 171.

IN-

INDEX CAPITUM DISQUISITIONIS.

I. *Quandonam barbaries ex Italia depulſa .* 175.

II. *Quid Poggius Florentinus Nicolai Pontificis hortatu ediderit .* 176.

III. *Blondi opus de Italia Illuſtrata Nicolao Pontifici gratum .* 178.

IV. *Docti viri Apoſtolicis litteris ſcribendis a Nicolao Pontifice præpoſiti .* ibid.

V. *Quæ in Latinum Georgius Trapezuntius Pontificis juſſu verterit . De his verſionibus variæ cenſuræ .* ibid.

VI. *De Johanne Tortellio , ejuſque ſcriptis Nicolao Pontifici nuncupatis . Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus dicitur .* 182.

VII. *De verſione Polybii per Nicolaum Perottum Nicolai Pontificis hortatu , a quo laudatur .* 183.

VIII. *Thucydides, & Herodotus a Laurentio Valla Latine verſi . Pontificis in eum munificentia .* 184.

XIV. *Homeri Ilias , Æſopi fabulæ , & Hieroclis Commentarium in carmina Pythagoræ , Nicolai Pontificis juſſu , Latine vertuntur . Iliadis , & Odyſſeæ verſio Pontificis obitu intercepta . Quid ob hujuſmodi verſionem Philelpho promiſerit .* 193.

XV. *Quibus præmiis Jannottus Manettus ſit a Pontifice invitatus . Sacrorum Bibliorum recognitio ei demandatur . Præmia promiſſa autographum Matthæi Evangelium afferentibus .* 196.

XVI. *Johannis Turrecrematæ Commentaria in Gratiani Decretum , ejuſque editio ſecundum Decretalium libros , Nicolai* v. *auſpiciis .* 197.

XVII. *Acta Sanctorum ab Antonio Allio Pontificis hortatu collecta .* 198.

XVIII. *Roderici Zamorenſis , & Petri de Monte Brixienſis Epiſcopi Opuſcula .* ibid.

XIX. *Va-*

Digitized by Google

XIX. *Varia doctorum virorum Nicolao Pontifici inſcripta Opuſcula.* 199.

XX. *Variæ de Pontificis laudibus Orationes, & Carmina.* ibid.

XXI. *Qui ob doctrinæ, & morum præſtantiam inter Cardinales a Pontifice adlecti.* 200.

XXII. *Philelphi, & Platinæ teſtimonia de Nicolai Pontificis in litteras, & litteratos viros munificentia.* ibid.

XXIII. *Bibliothecæ Vaticanæ conditor, & amplificator Nicolaus* V. 202.

XXIV. *Litterarum fatum poſt Nicolai* V. *obitum. Earum reſtitutio.* 203.

APPENDIX MONUMENTORUM.

I. *Tempus canonizationis Beati Bernardini de Senis.* 205.

II. *Epiſtola* I. *Nicolai* V. *Pont. Max. ad Nicolaum Perottum.* 206.

III. *Ejuſdem epiſtola* II. *ad eundem de eodem argumento.* 207.

IV. *Breve Laurentii Vallæ Elogium.* ibid.

V. *Petri Candidi Decembrii in libros Appiani Præfatio.* 208.

VI. *Anonymi Præfatio metrica in Iliadis verſionem.* 210.

VII. *Jo: Turrecrematæ S.R.E. Card. Nuncupatoria de Commentario in Gratiani Decretum* de Conſecratione. 211.

VIII. *Ejuſdem Nuncupatoria de Commentario in Gratiani Decretum* de Pœnitentia. 212.

IX. *Lampi Biragi Præfatio.* 214.

IM-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. M. de Rubeis Archiep. Tarſen. Viceſgerens.

APPROBATIO.

NICOLAI V. Pontificis Maximi *Vitam*, & eam quæ eſt de illius in homines litteratos patrocinio Diſquiſitionem a *Dominico Georgio* perſcriptam legi, admiratuſque ſum clariſſimi, aliiſque jam lucubrationibus celeberrimi viri acumen, gravitatem, nitoremque orationis, & in illuſtribus documentis perquirendis, ſuiſque locis opportune inſerendis incredibilem diligentiam. Nec enim fieri poterat, ut quidquam in ea deprehenderem, quod a fide catholica, aut a caſtis integriſque moribus diſcreparet. Itaque ſi in lucem edatur, non dubito, quin Hiſtoriæ Pontificiæ ſtudioſis maximam afferre poſſit utilitatem. Ita cenſeo.

Dabam Romæ in Æd. Minerv. XVI. Kal. Septembris.

F. Thomas Maria Mamachius
Ord. Præd. S. Theol. Profeſſor.

IMPRIMATUR.

F. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

Digitized by Google

VITA
NICOLAI QUINTI
PONTIFICIS MAXIMI.

I.
Eugenii IV. obitus, & funebria. Oratio de novo eligendo Pontifice, a quo habita.

ANTEQUAM ad Vitam & res geſtas NICOLAI V. PONT. MAXIMI in oculis conſpectuque omnium exponendas aggredior, operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi curſim *Eugenii* IV. obitum, funeris, & comitiorum, quæ conſecuta ſunt ritum commemorarem, ut via quædam ſterneretur ad ea, quæ de tanto Pontifice enarranda ſuſcepi. Itaque *Eugenio* IV. natione Veneto, anno Chriſti 1447. die *Jovis* XXIII. *Februarii*, hora nona, in Vaticanis ædibus (*a*) e vivis erepto, juſtiſque, more majorum, per Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales novendialium ſpatio ei rite ſolutis, ſupremo eorundem die, ad ſacri Senatus Patres, mox comitium ingreſ-

A

(*a*) Epiſtola Modeſti cubicularii Eugenii IV. de ejuſdem morte, inter Scriptor. rer. Italic. tom. III. P. II. pag. 904. Diarium Romanum Pauli, filii Lælii Petronii, ibid. tom. XXIV. pag. 1129. Diarium Conſiſtoriale MS. Jacobi Radulphi Clerici ſacri Collegii, Æneæ Sylvii oratio ad Fridericum Cæſarem, inter Miſcellan. Baluzii tom. VII. pag. 548.

Digitized by Google

A. D. 1447. greſſuros, *Thomas tituli S. Suſannæ presbyter Cardinalis*, qui deinde *Nicolaus* v. dictus eſt, gravem elegantemque de futuro Pontifice eligendo orationem habuit. Funebrem laudationem Jannottus Manettus (*a*) appellat, & ex eo Raynaldus (*b*), aptius de *Eugenio*, & de eligendo Pontifice dixiſſent, id nos edocente Ænea Sylvio (*c*), qui tum Romæ verſabatur, ac omnia diligenter inſpiciebat. Æneæ verba ad fidem faciendam afferre lubet: *Eugenio*, inquit, *duo ſermones facti ſunt. Alterum* MALATESTA *quidam ex genere Auditorum, alterum* CARDINALIS BONONIENSIS *fecit, prima, & ultima exequiarum die. Ille vitam Eugenii commendavit, hic obitum. Ille qualis fuerit Eugenius enarravit, hic qualis eligi deberet ſucceſſor edocuit. Comminatus eſt extremum judicium Cardinalibus, ſi amore, ſi odio, ſi aliquo affectu indigno in electione uterentur; tantaque vehementia locutus eſt, ut angelum, non hominem ſermocinari putares, pluresque ſibi ſummum Pontificatum augurarentur*. Æneæ Sylvio concinit Poggius Florentinus (*d*), qui extremo exequiarum die ab eodem *Thoma Cardinali Bononienſi* orationem de Pontifice eligendo habitam teſtatur. Mirum ſane aliquibus videri poterit (ſi noſtri temporis ritum cum iis metiamur) hujuſmodi orationem a S. R. E. Cardinale habitam, quod hodie, & jamdiu in uſu non eſt. At moris erat interdum, ut non duæ tantum, ſed etiam plures, novendialium tempore, conciones de Pontificis laudibus, a Cardinalibus, qui Miſſas de illius obitu ordinatim celebraturi erant, poſt Miſſam recitarentur

(*a*) In Vita Nicolai v. inter Scriptor. rer. Italic. tom. III. P. II. pag. 917.

(*b*) Ad an. 1447. num. 14.

(*c*) In orat. ad Fridericum III. ut ſupra.

(*d*) In orat. ad Nicolaum v. inter Poggii Opera pag. 290.

tur (*a*), niſi eas alicui Præſuli, ſeu Theologo demandarent; ac nona die ab eodem Cardinale, qui Miſſam celebraret, ſeu cui ille commiſiſſet, de Pontificis laudibus, deque alio eligendo oratio habenda erat.

II.
Locus comitiorum. Cur cœnobium Minervitanum delectum.

Decima poſt Eugenii obitum die, quæ fuit Sabbati (*b*) *quarta Martii*, hora veſpertina Cardinales duodeviginti a Vaticana Baſilica in ædes Fratrum Ordinis Prædicatorum ad S. Mariæ ſupra Minervam, ſacra comitia celebraturi, proceſſerunt. Cur vero Minervitanum cœnobium delegerint, ſi quis forte ſciſcitetur, quum ex Apoſtolicis Sanctionibus, ubi Romanus Pontifex moritur, ibi comitia fieri debeant, id ex Ænea Sylvio (*c*) diſcimus, quia nimirum tunc Vaticanæ Pontificum ædes minus tutæ ob procerum Romanorum plebiſque motus videbantur; itaque ab eorum inſidiis Cardinales cavendum rati, ne qua vis fieret, & ne qua ideo ſuſpicio ob ſchiſmaticorum proterviam, de legitima electione ſuboriretur, aliò comitia celebranda, tutioremque locum deligendum curarunt. Comitium ingreſſi, in illud ſtatim incluſi ſunt; ac oſtium primum quatuor Antiſtitibus cuſtodiendum traditum, oſtium ſecundum Oratoribus regum, inter quos erat ipſemet Æneas Sylvius (*d*) tum Friderici Cæſaris ablegatus, ut ipſe tradit. Id autem ne mireris; nam mos erat, quemadmodum ex S. R. E. Cæremoniarum libris (*e*) monemur, ut oſtii ſecundi cuſtodia Oratoribus Principum demandaretur. Cardinalium cellulæ (ita eorum anguſta in comi-

(*a*) Ord. Rom. xv. Petri Amelii capite CXLVI. pagina 530. *Sciendum tamen, quod omni die debet eſſe Miſſa, quæ debet dici per Cardinales juxta ordinem ſuum, & Sermo per eoſdem, niſi committant Prælatis, vel Magiſtris in Theologia, aliis non.*

(*b*) Diarium Sacri Conſiſtorii, & Æneæ Sylvii oratio ut ſupra, Manettus, & alii apud Raynald. an. 1447. nu. 15.

(*c*) In orat. ut ſupra.

(*d*) In orat. ut ſupra.

(*e*) Lib. I. cap. II.

A. D. 1447. mitio cubicula, lignea materia fabrefacta, laneiſque veſtibus contecta, vocantur) ab eodem Ænea (*a*) deſcribuntur, nimirum quibus eæ circumamictæ veſtibus, & quo ſingulæ colore diſtinguerentur, illudque notat, Cardinalis *Bononienſis* cellulam *albo colore* veſtitam fuiſſe: *Forſitan*, inquit, *nec purior*, *nec mundior cujuſquam erat mens*. *Nec enim ante illam diem extorquere quiſquam ex eo potuit votum ejus*.

III. Prima ſuffragiorum latio.

At ad ſuffragia tranſeamus. Ventum eſt die *Dominica*, quæ fuit *quinta Martii* ad primam ſuffragiorum lationem, ſeu ad primum, uti vocant ſcrutinium, ſuffragiiſque decem in *Proſperum S. Georgii ad velum aureum* Diaconum Cardinalem *Columnam* itum eſt. Studebant enim *Columnæ* nonnulli Patrum, ac extra comitia quidam Romani proceres; ipſeque *Alphonſus* Aragonum, & utriuſque Siciliæ rex, Tibure tum moras trahens, ac Urbi quodammodo imminens, *Columnæ* favere ferebatur.

IV. Nicolai V. in Romanum Pontificem electio poſt ſecundam comitiorum diem.

Inſequenti vero die *Lunæ*, *ſexta Martii*, latis ſuffragiis (*b*), rurſus ex iis decem *Proſperum Columnam*, Pontificem deſignabant, cui quoque accedere paratus erat *Cardinalis Bononienſis*, ne longior mora Eccleſiæ Dei noceret; at ſiſtere parumper monitus a *Cardinali Tarentino*, qui extemplo in eum converſus, ait, ſe in Pontificem *Cardinalem Bononienſem* velle. Cæteri Patrum *Tarentino* tum aſſentiri, omneſque, veluti cæleſti numine afflati, cunctis pene ſuffragiis in *Cardinalem Bononienſem* diſceſſere, invitum licet, & obluctantem, diuque honorem omnium maximum recuſantem, donec Patrum precibus acquievit, ac novum Pontificem *Proſper Cardinalis Columna*, *Diaco-*
no-

(*a*) In orat. ut ſupra. (*b*) Æneas Sylv. pag. 551. 552.

Digitized by Google

norum prior circiter nonam diei horam (*a*) populo nunciavit. In Ephemeridibus Vaticanis per Jacobum Radulphi ſacri Conſiſtorii clericum ſcriptis, hæc de Pontificis *Nicolai* v. electione adnotata legimus: *Anno prædicto* MCCCCXLVII. *die vero Lunæ ſequentis, ſexta menſis Martii prædicti, hora nona vel quaſi Reverendiſſimus in Chriſto pater & Dominus Dominus* BONONIENSIS *tituli Sanctæ Suſannæ aſſumptus fuit ad ſummi apicem Apoſtolatus, & vocatus* NICOLAUS QUINTUS, *aſſociatus a ſupradictis Cardinalibus uſque ad Eccleſiam Sancti Petri, deinde ad Palatium Papale*. Hæc ibi. A. D. 1447.

V. Ejus electio divinitus.

Habita eſt autem, ut vides, meritorum, ac virtutum tantummodo ratio; non ambitio, non vis, non factio, non potentia, aut gratia dominata eſt, verum divinitus hæc geſta fuiſſe & S. Antoninus (*b*), & cæteri coævi ſcriptores teſtantur (*c*). Hinc illa vox Cardinalis Luſitani, quem *Portugallenſem* appellabant, qui, dum e comitio prodiret, percunctantibus Romanis, quis e Cardinalium collegio renunciatus Pontifex eſſet, reſpondit (*d*): *Nos Nicolaum, at Deus Pontificem elegit*. Explodendum eſt igitur, quod Jo: Baptiſta Poggius refert (*e*), & ex eo alii (*f*), fama ſcilicet tum vulgatum fuiſſe, hujuſmodi electionem portento ſimilem viſam eſſe, ſeu malis, vitio factam, *Dominico* Cardinali *Capranicæ* Epiſcopo Firmano, qui rei novitate perculſus, inſpicere diligentius ſuffragia voluerit: *Miraculi enim loco*, inquit Poggius, *ducebat*,

(*a*) Æneas Sylv. ut ſupra.
(*b*) Par. III. tit. XXII. cap. XI. §. 17.
(*c*) Æneas Sylv. Orat. ut ſupra pag. 556. Manettus in vita pag. 917. & alii,
(*d*) Apud Æneam Sylv. ubi ſupra pag. 551.
(*e*) In vita Card. Capranicæ, apud Baluz. Miſcellan. tom. III. pag. 284.
(*f*) Apud Raynald. A.D. 1447. num. 15.

A. D. 1447.

bat, hominem novum, qui anno & ſemis antea privatus ſacerdos, & egens fuerat, repente Pontificem creatum. At hæc ex vulgi opinione potius, quam vero aliquo fundamento fulcita, litteris conſignavit Poggius, quæ falſa eſſe ex iis, quæ tradit Æneas Sylvius, (*a*) oculatus teſtis demonſtrantur; ſcribit enim, Paraclytum ſpiritum Eccleſiæ præfeciſſe eum, qui humilitate ſumma, qui amore in omnes, qui juſtitia, qui prudentia, qui ſcientia, qui eloquentia Pontifice digna, qui longo rerum uſu præditus erat. Ejus præterea virtutes, ac laudes ante Pontificatum percenſet Poggius Florentinus in Oratione, quam ad ipſum Nicolaum (*b*) jam Pontificem factum ſcripſit. Hæ artes igitur, hæ induſtriæ, hæc ornamenta *Nicolaum* ad Pontificatum evexere.

VI.
Fauſta præſagia de Pontificatu, dum in minoribus eſſet.

Miſſa quoque facimus, quæ de Pontificatu in ſomnis ei prædicto a B. Nicolao Albergato S. Crucis Cardinali tradunt Jacobus Zenus, (*c*) ac Franciſcus Philelphus, (*d*) quodque narrat Manettus (*e*), divinitus oſtenſum fuiſſe matri, Thomam, dum anno ætatis decimo ægrotaret, Pontificem aliquando futurum, itemque *Eugenium* IV. in ipſis comitiis ei apparuiſſe, oſtendiſſeque Pontificalia indumenta, iiſque ſe exuiſſe, atque *Nicolaum* monuiſſe, ut iis ſe indueret. Hæc & alia hujuſmodi ſomniorum interpretibus amplectenda relinquimus.

VII.
Cur Nicolai nomen aſſumpſerit. Quo anno ætatis Pontifex factus. Ejus corporis habitus.

NICOLAI nomen ſibi impoſuit, illudque potiſſimum adamavit, ut omnes ferme tradunt (*f*) gratia, hono-

(*a*) Ubi ſupra pag. 556.
(*b*) Inter Poggii Opera pag. 290.
(*c*) In Vita B. Nicolai Albergati.
(*d*) In Orat. ad Antonium Marcellum Patriarcham Venet.
(*e*) In vita pag. 910. 917.
(*f*) Jacobus Zenus, & Sigonius in Vita Nicolai Card. Albergati, Manettus in vita lib. II. pag. 921. Platina, & alii.

honoriſque cauſſa erga *Nicolaum*, olim tituli S. Crucis Cardinalem Albergatum, virum doctrina ac morum ſanctimonia illuſtrem, & de Thoma Sarzanenſi, quem nunc Pontificem *Nicolaum* v. appellatum audimus, optime meritum. Annum agebat, cum Pontifex eſt factus, quadrageſimum octavum (*a*). Modica, ſeu puſilla ſtatura erat, colore ſubcandido, (*b*) ſed in Pontificatu in croceum, & ſubfuſcum converſus eſt; ore paullo pleniore, voce gravi ac ſonora, nigris vegetiſque oculis, habitu & forma gravis, proſpera valetudine, quam tamen ob nimias Pontificatus curas ſenſim amiſit.

VIII. De die electionis, librarii mendum a Papebrochio notatum.

Electum fuiſſe Nicolaum *die Lunæ*, *ſexta menſis Martii*, paullo ante (*c*) vidimus, de qua ſane nulla prorſus dubitatio inter chronographos ſuboriri debuiſſet, niſi Raynaldus (*d*) epigraphen *Nicolai* v. diplomatibus, quæ de Curia appellantur, præfixam, mendoſe a librario quodam exſcriptam, mendoſe & ipſe in Annales retuliſſet. Epigraphe vero ita a Raynaldo eſt edita: *Liber primus Bullarum de Curia inceptus in primordiis aſſumptionis Sanctiſſimi in Chriſto Patris & DD.* Nicolai *divina providentia Papæ* v. *Romæ, ubi idem Dominus noſter antea dictus* Thomas *tit. S. Suſannæ presbyter Cardinalis Bononienſis nuncupatus, die Lunæ, quinta menſis Martii, anno a Nativitate Domini* mccccxlvii. *Indictione* x. *per Reverendiſſimos* S. R. E. *Cardinales in Monaſterio B. Mariæ de Minerva ad Summi Apolatus apicem concorditer aſſumptus eſt, & die Dominica* xix. *dicti menſis Martii in Baſilica Lateranenſi coronatus*. Raynaldus paullo ante recte ſcripſerat, Nicolaum in Pontificem electum *Pridie Nonas Mar-*

(*a*) Manettus in vita lib. II. p. 921.
(*b*) Ibid. lib. I. pag. 918. 919.
(*c*) Supra §. iv.
(*d*) Ad A. D. 1447. num. 15.

Digitized by Google

A. D. 1447. *Martias*; at in hac epigraphe edenda, non animadvertit ad illa verba: *quinta menſis Martii*, quæ Danieli Papebrochio (*a*) criminandi anſam, & aliis errandi dedere. Nam mendoſum eſſe verbum *quinta* Papebrochius demonſtravit, quum A. D. 1447. littera Dominicalis eſſet A, & dies *Lunæ* incideret in diem *ſextam menſis Martii*. Hinc ſphalma eſſe in epigraphe, ſeu titulo codicis a Raynaldo vulgato. Recte quidem Papebrochius, qui ad anachroniſmos, uti ſunt recentiores Chronologi, emendandos pronus erat. Verum in codice, ut certo ſcimus, *ſexta*, non *quinta* legitur: idcirco Raynaldus librarii oſcitantia deceptus eſt. Cæterum alia in hanc rem teſtimonia ſuperflua nobis videntur, quum exploratum ſit, *Nicolai* v. electionem die *ſexta Martii* fuiſſe, & idemmet Nicolaus ſuis Apoſtolicis litteris teſtatur, ut modo intelligemus.

IX. Bononienſi Capitulo electionem ſuam ſignificat.

Vix enim Pontifex eſt factus, cum ad Canonicos Bononienſis Eccleſiæ litteras dedit, quibus ſignificat, ſe *die ſexta menſis Martii* in Romanum Pontificem ſumma Cardinalium concordia fuiſſe electum, quare eos rogat, ut gratias omnipotenti Deo referant, preceſque effundant, quo ad regimen Eccleſiæ Catholicæ divina gratia ei aſſiſtat. Habentur hæ litteræ apud Sigonium (*b*), quæ datæ dicuntur: *Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo, die octava menſis Martii, tertia vero poſt noſtrum ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumptionem*. Canonici his lectis, actiſque ſolemni pompa ampliſſimis immortali

(*a*) In Propylæo ad Acta SS. Maii pag. * 124.

(*b*) De Epiſcopis Bononienſibus in Thoma Sarzanenſi pag. 187.

tali Deo gratiis, lætitiaque ſumma perfuſi, tres Romam Canonicos ad Pontificem legarunt.

X. Coronationis dies.

Coronatus eſt *Nicolaus die* XIX. *Martii*, quæ fuit Dominica *Lætare*, quarta Quadrageſimæ. Error eſt apud Alphonſum Claconium (*a*) ubi ſcripſit, a *Nicolao* inſignia coronationis ſuſcepta fuiſſe *tertio Nonas Martii*, qui tamen error in ejus Auctariis eſt ſublatus. Cæterum compertum eſt ex Ænea Sylvio (*b*) qui aderat, quique Crucem Pontificalem ante Pontificem prætulit, ritumque hujus coronationis deſcripſit, coronationem hujuſmodi peractam eſſe in Dominica *Lætare*. Hoc anno littera Dominicalis fuit A, & dies *decimanona Martii* incidit in Dominicam. Adde his Ephemerides ſacri Conſiſtorii per Jacobum Radulphi ſcriptas, ubi hæc leguntur: (*c*) *Anno prædicto* (MCCCCXLVII.) *die vero Dominica, quarta Quadrageſimæ, in qua cantatur* Lætare, *quæ fuit decimanona menſis Martii, Sanctiſſimus in Chriſto Pater & Dominus noſter D. Nicolaus divina providentia Papa quintus fuit coronatus ſupra gradus Eccleſiæ Sancti Petri cum omnibus ſolemnitatibus in tali fieri ſolitis ibidem, aſſiſtentibus decem & ſeptem Cardinalibus ſupraſcriptis, deinde aſcendit equum album, & deferens Roſam, greſſus ſuos direxit ad Sanctum Johannem Lateranum una cum dictis Dominis Cardinalibus, Epiſcopis, Protonotariis, & aliis Officialibus*. Ex his ergo erraſſe omnino noſcuntur, qui aliter apud Raynaldum (*d*) ſcripſerunt.

XI. Inſignibus S.R.E. tantum utitur. Signum diplomaticum, quibus verbis inſcriptum.

Inſignibus gentilitiis *Nicolaus* in Pontificatu nullis, niſi tantum clavibus B. Petri decuſſatis, quibus ſemper

(*a*) Vit. Rom. Pontif. tom. II. pag. 951.

(*b*) In orat. ut ſupra pag. 555. 556.

(*c*) MS. in tabular. Vat.

(*d*) Ad A.D. 1447. num. 15.

A. D. 1447.

per Sancta Romana Eccleſia uſa eſt, & ipſe uti (*a*) voluit. Id oſtendunt inter cætera, nonnulla ejus numiſmata, & pleraque in Urbe, & alibi exſtructa ab eo ædificia. Signo quoque ſolemnioribus Pontificum diplomatibus ſubjici, & quibuſdam divinarum ſcripturarum litteris ornari conſueto, hæc verba in area inſcribi juſſit: PARATUM COR MEUM DEUS. N. P. V.

XII.

Ejus patria, ortus, genus, primordia, ac inſtitutio puerilis.

Nunc locus eſſe mihi videtur, ut de ejus primordiis, patria, genere, vita, ac inſtitutis a puero uſque ad Pontificatum aliqua recenſeamus, & nonnullorum Scriptorum nævos diluamus. Ejus patria *Sarzana* ad Macram fluvium, *Lunenſis* olim, nunquam *Lucenſis*, ut in quibuſdam monumentis, librariorum culpa legimus, diœceſis oppidum. *Luna* quondam urbs Tuſcorum vetuſtiſſima, initio chriſtiani ſæculi XIII. pene prolapſa, atque incolis propemodum vacua erat. Quamobrem Lunenſis Epiſcopus una cum illius ſedis Canonicis ab *Innocentio* III. Romano Pontifice humiliter poſtulavit, ut Epiſcopalem cathedram *ad alium locum populoſum*, *Sarzanam nomine* transferendi poteſtatem daret. Hujuſmodi poſtulatis benigne annuit Pontifex, miſſiſque eidem Epiſcopo, & Lunenſi Capitulo litteris (*b*), eandem ſedis translationem Apoſtolica auctoritate comprobavit, ac in iis etiam litteris narrat, *Gregorium* hujus nominis VIII. Romanum Pontificem, quum per regiones illas tranſiret, hujuſmodi translationis veniam conceſſiſſe, ac pro conſtruenda Eccleſia lapidem benedictum donaſſe: verum poſt paucos dies, eodem Pontifice ex hac vita ſublato, Epiſcopum

(*a*) Æneas Sylv. in Orat. ut ſupra pag. 556. Sigonius in vita Card. Albergati cap. III.

(*b*) Regeſt. MS. Innoc. III. lib. VII. Epiſtola XXIV. *Data* VIII. *Kal. Apr. Pontificat.* an. VII. hoc eſt die XXV. *Martii* an. 1204.

Digitized by Google

copum & clerum putaſſe, per hujus Pontificis obitum gratiæ locum amplius non eſſe. Sarzana ergo deinceps Lunenſium Epiſcoporum ſedes & domicilium fuit, demum a *Nicolao* v. Epiſcopali honore donata, & invicem cum Lunenſi conjuncta fuit, ut eſt apud Ughellum in Lunenſibus. De patria, ac natali ſolo conſentiunt fere omnes (*a*), niſi Manettum (*b*) excipias, qui conceptum quidem Thomam *Sarzanæ* ſcribit ex Sarzanenſi matre, ſed *Piſis* an. 1398. natum. Adeo in re a Scriptorum ætate non longe remota variæ eorum ſunt ſententiæ. Parentes ejus fuere *Bartholomæus* profeſſione medicus, ex nobili Piſana *Parentucellorum* familia, ſi Manetto (*c*) fides; & mater *Andreola*, patria Sarzanenſis, non obſcuri generis femina, ut idem tradit. Alii *Bartholomæum* ejus patrem, cognomento *Peregri* dicunt, matrem *Andreolam* Sarzanenſem ex honeſta de *Calderinis* gente, & *Johannem Petrum Parentucellum* memorant, quorum ſepulchralia monumenta Sarzanæ in æde Cathedrali poſita viſuntur, quæque in Appendice ad Ciaconium (*d*) leguntur. Ad hæc Æneas Sylvius (*e*), eum Sarzanæ honeſto loco natum, ſcribit; ejus originem a quibuſdam ex *Luca*, ab aliis ex *Piſis* derivari. Alibi vero idem narrat (*f*), *Nicolaum* Pontificem, ex *Luca* antiquam originem duxiſſe; non tam genere clarum, quam doctrina, & animi dotibus. Bartholomæus Facius (*g*) quoque, *Sarzanæ*, patre medico honeſto, ac probo viro eum natum docet. Contra vero Platina (*h*) modicis parentibus, utpote matre *Andreola*, patre *Bartholomæo* Phyſico, ideſt medico, *Nicolaum* Pontificem

(*a*) S. Antoninus P. III. tit. XXII. cap. XI. §. 17. Platina in Vita, Panvinius de creatione Cardinalium, & alii.

(*b*) In Vita, lib. I. pag. 907.

(*c*) Ibid.

(*d*) Tom. II. pagina 961.

(*e*) In orat. ut ſupra pag. 556.

(*f*) In Commentariis lib. I. p. 24.

(*g*) De rebus geſtis Alphonſi regis lib. 12. pag. 237.

(*h*) In Vita, in princip.

A. D. 1447.

ortum eſſe litteris tradit, ſed virtute, doctrina, comitate, gratia, liberalitate, magnificentia tanto Pontificatu dignum; non deeſſe tamen qui ſcribant, eum *Piſis* natum, *Lucæ* educatum, *Bononiæ* litteras & bonas artes didiciſſe. Volaterranus autem (*a*), *Nicolaum*, quem arte medicum facit, humili loco natum eſſe monet. Unius demum exteri hominis teſtimonium proferam, nimirum Cornelii Zantflieti, qui tum Chronicon ſcribebat, ad quem forte purior hujus rei fama pervenit; ita enim habet ad A. D. 1447. *Hic*, inquit, NICOLAUS, *primo dictus eſt* THOMAS, *cognomento de* SARZANO, *de provincia Januenſi, ſtatura puſillus, ſed animo procerus, qui de mediocribus parentibus procreatus, in adoleſcentia gratiam Domini Cardinalis Sanctæ Crucis Prioris Carthuſienſis in Bononia conſecutus, per eum ad diverſa ſtudia generalia tranſmiſſus eſt, ubi multum profecit, ac ſacræ Theologiæ profeſſor effectus eſt, & paulo poſt aſſumptus ad regimen hoſpitii ipſius Cardinalis*. Hæc ille impolite quidem, ſed fortaſſe vere. Adde his ipſius *Nicolai* Pontificis numiſma, in cujus antica ejuſdem Pontificis imago, in poſtica hæc epigraphe, ab imperito calligrapho, aut artifice his verbis concepta. TOMAS LUGANO DI SARZANA. MCCCCXXXXVII. Hinc nonnulli conjiciunt, Nicolaum ex *Lugana* Sarzanenſi familia ortum eſſe. Ex his autem, quid quæſo, probabile, quid certi colligas, niſi quod *Nicolai* patria *Sarzana* fuerit, quam etiam diſputant, quum Manettus malit, eum Piſis natum; pater *Bartholomæus* profeſſione medicus, mater vero *Andreola* Sarzanenſis? Cæterum cognomen & genus varium, & incertum, veroſimilius tamen obſcurum & humile fuiſſe, rem anguſtam domi; animi vero dotes, quæ ſolæ æſtimari de-

Apud Marten. in Collect. ampliſſ. Anecdot. tom. V. pag. 457.

Bonann. numiſm. Roman. Pontif. tom. I. pag. 49. num. II.

(*a*) Antropholog. lib. XXII. pagina 259.

Digitized by Google

ri debent, prope divinas & ſingulares, in quo omnes conſentiunt.

A. D. 1447.

XIII. Ingenii vis ac memoria a puero.

His porro ambagibus dimiſſis, Manettum audiamus, qui narrat (*a*), *Thomam* in pueritia mirum in modum ingenio, & memoria valuiſſe; ac cæteris in primis litterarum rudimentis addiſcendis præſtitiſſe. Patrem adhuc ſeptennis amiſit. Mater vero, amiſſo conjuge, ad ſecundas nuptias convolavit, non abjecta tamen *Thomæ* filii cura, quem ludo litterario vacare, pro virili curavit.

XIV. Clericali militiæ adſcribitur. Bononiam petit ſtudiorum cauſſa.

Anno ætatis decimo lethalem in morbum incidit, a quo ubi convaluit, matris hortatu, Deo ſe mancipavit, clericali habitu ſuſcepto, & mox minoribus ordinibus initiatus. Impenſius tum litteris operam dare cœpit, quumque intelligeret, ſe in patrio ſolo non multum poſſe proficere, anno ætatis duodecimo *Bononiam*, ubi liberalium artium & diſciplinarum ſtudia tum maxime florebant, petere ſtatuit. Præſidii parum, aut nihil a vitrico, & matre attulit. Bononiæ quum eſſet, humanioribus litteris, Dialecticæ, ac Philoſophiæ ſe totum dedit. At quum res anguſtæ domi nimis obſtarent, Bononiam deſerere coactus eſt (*b*), & Florentiam petere, quo a duobus equeſtris ordinis viris accitus fuit, ad eorum filios liberalibus diſciplinis imbuendos. Agebat tunc *Thomas* annum ætatis decimum octavum. Quadriennio ferme Florentiæ in docendi munere verſatus eſt; quumque lucri aliquid ſepoſuiſset, rurſus Bononiam, ſtudiorum parentem & altricem, ut ſacris litteris animum intenderet, anno ætatis vigeſimo ſecundo remeavit.

XV. Inter familiares a Nicolao Albergato Epiſcopo Bonon. adſcribitur. Ad presbyteratum promovetur.

Forte accidit, ut paullo poſt excellentis ingenii ejus

(*a*) Lib. I. pagina 909. (*b*) Manettus in vita lib. I. pag. 911. 912.

A. D. 1447. ejus fama (*a*) aliquando ad aures *Nicolai* Albergati Epiſcopi Bononienſis perveniret, qui bene morati adoleſcentis dotibus permotus, eum hoſpitio benigne recepit, & inter familiares retulit, ac magiſtrum hoſpitii creavit. Tum *Thomas* Theologicis facultatibus, Sanctorum Patrum Græcorum & Latinorum libris, Hiſtoricis, Poetis, Philoſophis, Coſmographis, ac Geographis legendis pervolutandiſque triennium inſumpſit. Deinde cum ad xxv. annum perveniſſet, ad ſacri presbyteratus ordinem promoveri voluit. Hæc ſummatim ex Manetto proferimus. Sigonius (*b*) narrat (ex quo hauſerit neſcimus) *Thomam* domi Albergatorum Bononiæ pueros primum docuiſſe, deinde *Nicolao* Epiſcopo operam litteris ſcribendis navaſſe, tum magiſtrum Theologiæ effectum.

XVI. Num medicus fuerit.

Sunt etiam qui velint, (*c*) eum medicinæ operam dediſſe, ac arte & profeſſione medicum fuiſſe: ita cenſet Andreas Tiraquellus, qui id omnium Scriptorum ejus tempeſtatis teſtimonio confirmari tradit. Nos in hæc teſtimonia non incidimus, niſi tantum apud Manettum legimus, eum ſuo arbitrio omnia in domo *Nicolai* Albergati Epiſcopi Bononienſis adminiſtraſſe, ac medici etiam officio erga eundem *Nicolaum* aliquando functum eſſe. Æneas Sylvius (*d*) medicinam non ignoraſſe, ſcribit.

XVII. Nicolaus Albergatus Cardinalis creatus. Exinde Thomas ejus individuus vitæ comes.

Ad hæc narrat Manettus, (*e*) *Nicolaum Albergatum* ob vitæ ſanctimoniam, multarumque rerum cognitionem ab *Eugenio* IV. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem fuiſſe renunciatum. Memoriæ lapſu *Eugenium* IV. pro *Martino* V. memoravit; nam *Nicolaus Albergatus* a *Martino* V. *Nono Kal. Junias* A. D. 1426. Cardinalis tit.

(*a*) Manettus, ut ſupra.
(*b*) De Epiſcopis Bonon. lib. III. pag. 186.
(*c*) Tiraquel. de Nobilit. cap. XXXI.
[*d*] In orat. ut ſupra pag. 556.
[*e*] Manettus pag. 913.

tit. S. Crucis creatus eſt. *Thomas* tunc ad urbem Romam cum Nicolao Cardinale contendit; neque ab eo eſt amplius unquam divulſus. Una eſt enim omnium, qui de *Thoma Sarzanenſi* aliquid ſcripſerunt, ſententia, individuum vitæ comitem fuiſſe, *Nicolao* ſemper in conſiliis adſtitiſſe, & omnium rerum participem effectum.

XVIII. Variæ Card. Albergati Legationes, Thoma ſemper comite.

Itaque quum paucis poſt annis *Nicolaus* Cardinalis in varias remotaſque provincias a *Martino* v. & *Eugenio* IV. Legatus deſtinatus eſſet, *Thomam* comitem ſemper habuit. Miſſus eſt enim, inquit Poggius (*a*) a *Martino* v. Legatus in Gallias, ſed quum nondum ab Italia diſceſſiſſet, Pontifex Martinus obiit. Juſſus eſt ab *Eugenio* (*b*) iter & Legationem conficere, ac biennio apud Gallos manere, ut *Carolum* VII. Gallorum regem cum Anglo conciliaret. Ablegatus eſt etiam ab *Eugenio* (*c*) ad ſopiendum bellum, quod in Italia Florentini & Veneti adverſus *Sigiſmundum* Romanorum regem gerebant. Mox A.D. 1435. Legatus ab eodem Pontifice in Gallias iterum mittitur ad feriendum fœdus, pacemque ineundam (*d*) inter Gallorum, & Angliæ reges, ac Philippum Burgundiæ Ducem, qua de re ſolemnis conventus Atrebati *menſe Julio* anni 1435. indictus erat. Diſſidentes ad pacem compulit, exarataeque ſunt fœderis tabulæ (*e*) die XXI. *Septembris*, in quibus *Nicolaus* S. Crucis Cardinalis, & Apoſtolicæ Sedis Legatus honorifice memoratur. In hujuſmodi Legatione a ſecretis habuit Æneam Sylvium, ut ipſe Æneas teſtatur (*f*), favente ſibi *Thoma Sarezano magiſtro domus* ejuſdem *Nicolai* Cardinalis, ac *Petro Noxetano*. A Gallia rediens, inquit Poggius, (*g*) Pontificis man-

(*a*) In Orat. funebr. Card. Albergati pag. 266.
(*b*) Poggius ibid.
(*c*) Raynald. A. D. 1431. n. 4.
(*d*) Raynald. A. D. 1435. n. 3. & ſeq.
(*e*) Traitez de Paix to. II. P. II. pag. 309.
[*f*] Commentar. Pii II. lib. I. pag. 3.
[*g*] In Orat. funebr. pag. 267.

A. D. 1447.

mandato Baſileam proficiſcitur, ut ſchiſma molientes comprimeret. Manettus tradit (*a*), *Nicolaum* Cardinalem ab *Eugenio* in Germaniam miſſum ad componendos Germaniæ Principes, qui inteſtinis bellis inter ſe decertabant. Florentiam ad Pontificem reverſus, Legatus Ferrariam mittitur, ut de pace cum Venetorum, Florentinorum, ac Mediolanenſium Ducis Oratoribus pertractaret. Per idem tempus Ferrariæ, ubi Oecumenicum Concilium, quod poſtea Florentinum dictum eſt, indictum erat, idem *Nicolaus* S. Crucis Cardinalis ab eodem *Eugenio*, Concilii Legatus & Præſes declaratus eſt, primæque Seſſioni præfuit. Paullo poſt Legatus mittitur in Germaniam ad *Albertum* Romanorum Regem pro Comitiis Nurembergenſibus.

XIX. Quæ partes Thomæ fuerint in Legationibus Card. Albergati.

At quorſum hæc, ac tam multa, ut Manetti verbis utar, de geſtis *Nicolai Cardinalis Sanctæ Crucis*? Nimirum, ut quæ in his legationibus partes *Thomæ* fuerint intelligamus; non enim ea tantum, quæ ad rem familiarem pertinent, curavit, ſed plurimum in his, quæ ad negotia Legationis (*b*) ſpectabant, re & opere præſtitit. Id etiam teſtatur Cornelius Zantflietus in Chronico (*c*) ad A. D. 1435. ubi de Atrebatenſi conventu, deque fœdere tum inito verba faciens, monet, diſſidentes Principes cohortatione, ac ſuaviſſimis graviſſimiſque conſiliis *Thomæ Sarzanenſis*, tunc Legati comitis & familiaris, ad pacem amplectendam, firmandamque emollitos eſſe.

XX. Thomæ cum viris doctis familiaritas, & conſuetudo. Ejus epiſtola ad Nicolaum Nicolium de quibuſdam vetuſtis codicibus.

Fuit autem *Thomas* cum viris, qui ea tempeſtate litteris præſtabant ſumma familiaritate & amicitia conjunctus. Sæpe enim de eo cum laude meminit Ambroſius Camaldulenſis (*d*). Exſtat præterea ejuſdem *Thomæ* epiſtola

(*a*) Pag. 914.
(*b*) Manettus in Vita pag. 915.
(*c*) Apud Marten. Collect. ampliſſim. Anecdot. tom. v. pag. 438.
(*d*) Apud Martenium, ut ſupra to. III. pag. 404. 490. 508. 510. 518.

ſtola ad Nicolaum Nicolium (*a*) Florentinum, ex qua patet quanta in legendis, conquirendiſque veterum Patrum, & Scriptorum codicibus cura laboraſſet. Scribit enim ſe habere *Lactantii* codicem vetuſtiſſimum, accepiſſe ex cœnobio Carthuſiæ Gallicanæ duo volumina, in quibus *S. Baſilii homiliæ octo* ex Græco per *Rufinum* verſæ, *libellus Chryſoſtomi de ſimilitudine carnis peccati*, *Rufini expoſitio in ſymbolum*, *duodecim Ignatii martyris epiſtolæ*, *una Polycarpi ad Eccleſiam Philippenſem* &c. Data eſt hæc epiſtola *Bononiæ die* IV. *Junii*, ſed ſine anni nota, quare divinare non poſſum, quo potiſſimum tempore ſcripta ſit. Poggius etiam Florentinus *Thomæ* adhuc in minori fortuna viventi libellum de Principum infelicitate inſcripſit. Hinc igitur ejus cum viris doctis familiaritas perſpicitur, & erga veterum Scriptorum monumenta cura. At ea de re ſeorſim ad hujus Operis calcem.

A. D. 1447.

XXI. Obitus Card. Albergati.

Per annos ferme viginti, inquit Manettus, (*b*) *Nicolao Albergato* Cardinali S. Crucis adhæſit, quo, *die* VII. *Maii* A. D. 1443. in urbe Senenſi vita functo, tanto patrono orbatus, *Thomas* (ſi Manetto fides) in clientelam (*c*) *Gerardi Landriani S. Mariæ tranſtyberim* presbyteri Cardinalis ſe contulit, quo etiam paullo poſt mortuo, ſibi ipſi vivere ſtatuerat, ſed ad majora eſt ab *Eugenio* revocatus.

XXII. Munia ab Eugenio IV. Thomæ data. Canonicus Bonon. Creatus Subdiaconus Apoſtolicus.

Itaque Manettus (*d*) varia munera, & officia recenſet, quibus *Eugenius* eum præfecit; ſed quum accurate non ſint ſuis temporibus aſſignata, nos ex certa documentorum fide ſuis quælibet temporibus conſignabimus.

C

(*a*) Ibid. pag. 723.
(*b*) pag. 915.
(*c*) pag. 915. E. ubi mendoſe *Andrianenſi*, pro *Landrianenſi*.
(*d*) Ibidem.

Digitized by Google

A. D. 1447. mus. Vix credibile eſt, quod habet Manettus, *Thomam* poſt obitum Cardinalis S. Crucis adhæſiſſe Cardinali Landriano uſque ad hujus Cardinalis mortem, quæ contigit paullo poſt quam *Eugenius* Romam rediit. Siquidem, vix ſepulto Cardinali S. Crucis, *Eugenius* IV. qui Senis tum morabatur, *die* XII. *Maii*, videlicet *quinque dies* poſt Cardinalis Albergati obitum, *Thomæ* de *Sarzana* (*a*) *Canonico Bononienſi*, *Magiſtro Theologiæ*, ac *Sedis Apoſtolicæ Subdiacono* contulit *Prioratum S. Firmini de Montepeſſulano* Magalonenſis dioeceſis, per obitum *Nicolai* Cardinalis Sanctæ Crucis vacantem. Quis credat, Apoſtolicæ Sedis Subdiaconum, Pontificis familiarem, inter alicujus Cardinalis familiares adſcribi voluiſſe? Adde quod tum Subdiaconi Apoſtolici dignitas magni fiebat. Id teſtatur Jacobus Zenus Patricius Venetus, mox Epiſcopus Bellunenſis, & Patavinus (*b*), qui & ipſe Subdiaconus Apoſtolicus ab *Eugenio* creatus eſt. Teſtatur etiam, non vulgarem ſibi cum *Thoma* Theologo præſtantiſſimo familiaritatem fuiſſe, & cum eo diutius benevolentiſſime verſatum, dum illi ab *Eugenio* in Subdiaconatus Apoſtolici officio collega & comes datus eſt. Itaque ſtatim poſt obitum *Nicolai* S. Crucis Cardinalis, *Thomas* ab *Eugenio* Apoſtolicæ Sedis Subdiaconus factus eſt. Jam erat *Canonicus Bononienſis*, forte per idem tempus ab *Eugenio* creatus, niſi ante a *Nicolao* Cardinali creatus eſſet, quod hactenus ignoramus.

XXIII.
Vicecamerarius Papæ. Orator ad Florentinos, ac ad Alphonſum regem Aragonum.

Subinde ab eodem *Eugenio* Pontificius *Vicecamerarius* dicitur, & mox ejuſdem *Eugenii* Orator ad Florentinos, ac Neapolim ad *Alphonſum* Aragonum re-

(*a*) Eugenii IV. lib. IV. Secret. pag. 27. in Tabul. Vat.

(*b*) In Vita Nicolai Albergati, in princip.

regem miſſus. Hæc non ſolum ex Manetto (*a*), ſed ex ipſius *Nicolai* v. jam morituri teſtamento coram S. R. E. Cardinalibus oretenus condito diſcimus. Narrat enim (*b*), ſe ab *Eugenio* miſſum *Florentiam* & *Neapolim*, ut Legatione fungeretur, ac ad *Vicecamerarii* munus elatum, antequam ad Epiſcopalem dignitatem ſublevaretur.

XXIV. Quando Epiſcopus Bononienſis factus. Sigonius notatus. Viſitatio & reformatio Baſilicæ Lateranen. ei commiſſa.

Probatus antea, & adhibitus ab *Eugenio* in Concilio Florentino fuiſſe dicitur apud Sigonium (*c*), deinde A.D. 1445. *die* XXVII. *Novembris* Epiſcopus *Bononienſis* ab eodem Pontifice creatus, ac Bononiam profectus, ut deſponſatæ ſibi Eccleſiæ poſſeſſionem ac regimen capeſſeret, a Bononienſibus vero omnibus lætitiæ ſignis exceptus; nec diu poſt Romam ab *Eugenio* revocatus. Nondum idoneum teſtem invenire potuimus de iis, quæ *Thomas* in Concilio Florentino geſſerit, niſi Bartholomæum Platinam (*d*), qui ſcribit, *Eugenium* cognita *Thomæ* doctrina & integritate in diſputationibus potiſſimum, quæ cum Græcis, Ferrariæ, & Florentiæ ſunt habitæ, eum Cardinalem deſtinaſſe. Verum obſervant alii, *Thomam* inter Latinos Theologos, qui cum Græcis diſputarunt, non enumerari. *Epiſcopus* vero *Bononienſis* non A.D. 1445. ut putat Sigonius, ſed A.D. 1444. *die Veneris* XXVII. *Novembris* Thomas factus eſt; ita enim in tabulis Apoſtolicis adnotatum (*e*) invenimus, eoque anno littera Dominicalis fuit ED, ubi etiam legimus, *Eugenium* in ſecreto Conſiſtorio, referente *Ludovico Cardinale Aquilejenſi*, Eccleſiæ Bononienſi vacanti per obitum *Cardinalis S. Crucis*, ac per ceſſionem *Commen-*

 dæ

(*a*) pag. 915. 916.
(*b*) Ibi. pag. 954.
(*c*) De Epiſcopis Bononien. lib. III. pag. 186. 187.
(*d*) In Vita Nicolai v.
(*e*) Ex cod. tabul. Vat. Proviſion. Eccleſiar. ſub Eugenio IV. pag. 6.

A. D. 1447.

dæ ejuſdem Cardinalis Aquilejenſis, *Thomam de Sarzana* Sacræ Theologiæ magiſtrum in Epiſcopum præfeciſſe. Litteras Apoſtolicas de collata ab *Eugenio* eidem *Thomæ* Eccleſia Bononienſi (*a*) refert Sigonius. Anno quidem 1445. menſe Decembris, *Eugenius* Pontifex, litteris Apoſtolicis *die* XXIV. *Decembris* latis (*b*), *Thomæ Bononienſi Epiſcopo* curam viſitandi ac reformandi Eccleſiam Lateranenſem commiſit. Quare ad eam diem *Thomas* Romæ erat.

XXV.
Quando miſſus in Germaniam Nuncius & Legatus. Illius geſta in legatione Germanica.

Narrat autem idem Sigonius, anno inſequenti 1446. *Thomam* ab *Eugenio* Bononia Romam accitum, ac in Germaniam Legatum ad infirmandum Concilium Baſileenſe miſſum. *Thomas Epiſcopus Bononienſis* Romæ erat A. D. 1445. cum Æneas Sylvius, orator Friderici III. Romanorum regis, primo Romam venit, quod ipſe Æneas teſtatur (*c*), ac in Germaniam reverſus eſt in ipſius *Thomæ* comitatu. Ex Apoſtolicis autem *Eugenii* litteris (*d*) diſcimus, *Thomam* Apoſtolicæ Sedis Nuncium cum facultate Legati per Germaniam pro univerſalis Eccleſiæ pace & unitate una cum *Johanne Leodienſi Epiſcopo*, *Johanne de Carvaial Cameræ Apoſtolicæ Auditore*, ac *Nicolao de Cuſa Archidiacono Brabantiæ*, deſignatum die *quinta Februarii* A. D. 1446. Datæ enim ſunt hæ *Eugenii* litteræ: *Anno Incarnationis Dominicæ* 1445. *Nonis Februarii*, *Pontificatus Anno* XV; quod eſt a Chriſti nativitate annus 1446. die *quinta Februarii*. Forte Legati ſtatim in Germaniam non diſceſſere; nam exſtant aliæ ejuſdem *Eugenii* Apoſtolicæ litteræ, die XXIX. *Maii* (*e*) an. 1446. *Pontificatus* XVI. datæ, quibus eundem *Thomam Epiſcopum*

(*a*) De Epiſcopis Bonon. ut ſupra.
(*b*) Regeſt. XVIII. de Curia pag. 297.
(*c*) Commentar. Pii II. lib. I. pag. 11.
(*d*) Eugenii IV. lib. XIX. de Curia pag. 4.
(*e*) Regeſt. XIX. de Curia pag. 133.

ſcopum Bononienſem una cum *Johanne de Carvaial*, & aliis in Germaniam legat. Idcirco nutat Sigonii narratio. Æneas Sylvius (*a*) nonnulla, quæ a *Thoma* Epiſcopo in Legatione Germanica geſta ſunt, ſummatim refert. Quum enim Electores Imperii apud Francofurtum, ob depoſitionem *Colonienſis*, ac *Trevirenſis* Archiepiſcoporum ab *Eugenio* factam, conveniſſent, irritamque depoſitionem hujuſmodi decernere vellent, Legatos ad Cæſarem miſerunt, poſtulantes, ut ea de re conjunctim Oratores Romam ad Pontificem mitterentur. Interea alius Francofurti conventus ad *Kalendas Septembris* indictus erat.

XXVI.
Romam pergit. Ad Burgundiæ Ducem ab Eugenio mittitur. Ad Francofurtenſia comitia divertit.

Apoſtolicæ Sedis Nuncii inter has ambages (*b*) decreverunt, ut alter eorum Romam pergeret, quumque *Johannes Carvaialius* lecto æger decumberet, data eſt hæc provincia *Thomæ* Epiſcopo *Bononienſi*, qui Romam profectus eſt, ac certiorem de iis, quæ acta erant, Pontificem fecit. *Eugenius* iis intellectis, confeſtim *Thomam* miſit ad *Philippum Burgundiæ* Ducem, ut Archiepiſcoporum *Colonienſis*, & *Trevirenſis* reſtitutioni (*c*) aſſenſum præberet. In Burgundiam igitur profectus *Thomas*, omnia a Burgundo impetravit, & circiter Francofurtenſium comitiorum finem *Francofurtum* pervenit.

XXVII.
Apoſtolicæ Sedis in Germania Nuncii novis facultatibus, ac Legatorum de latere poteſtate ab Eugenio donantur.

Eugenius vero paullò ante Apoſtolicæ Sedis Nuncios memoratos ampliſſimis facultatibus in eam rem munierat. Exſtant ipſius *Eugenii* litteræ (*d*) datæ A. D. 1446. XI. *Kal. Auguſti*, ideſt die XXII. *Julii* ad *Leodienſem*, & *Bononienſem Epiſcopos*, ad *Johannem Carvaial*, & ad *Nicolaum de Cuſa* Apoſtolicæ Sedis Nun-

(*a*) Commentar. lib. I. pag. II.
(*b*) Commentar. Pii II. lib. I. pag. II. I2.
(*c*) Commentar. Pii II. ut ſupra.
(*d*) Regeſt. X. Eugenii IV. pagin. 43.

BIBLIOTECA NAZ. ... VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

A. D. 1447. Nuncios, quibus eos ad Francfordienſem diætam pro rebus Concilii Baſileenſis componendis legat, pro qua diæta enixe inſtabant Fridericus Romanorum rex, Archiepiſcopus Moguntinus, & alii Electores laici Romani Imperii. Habentur etiam ejuſdem *Eugenii* litteræ (*a*) eadem die ad eoſdem datæ, quibus eos in tota natione Germanica Legatos cum plena poteſtate Legatorum de latere conſtituit. Hujuſmodi litteras ſeparatim biduo poſt (*b*) ſcilicet VIII. *Kal. Aug.* nempe die XXV. *Julii* ad *Thomam Epiſcopum Bononienſem*, & ad *Johannem Carvaial* dedit, in quibus facultates Legatis de latere tribui ſolitas, eis concedit. Non ſatis vero accurate hæc apud Raynaldum (*c*) in Annales referuntur; nam duos tantum ab *Eugenio* primitus Legatos conſtitutos refert, ſcilicet *Thomam Bononienſem Epiſcopum*, & *Johannem Carvaial*, deinde iis additos XI. *Kal. Aug.* Epiſcopum *Leodienſem*, & *Nicolaum Cuſanum*. In hanc ſalebram incidit etiam Franciſcus Pagius (*d*) in vita Eugenii IV. Raynaldum ſecutus. Quæ ex *Eugenii* Regeſtis attulimus, rem totam demonſtrant, nempe a die *quinta Februarii quatuor* uno eodemque tempore Apoſtolicæ Sedis in Germania Nuncios fuiſſe ab *Eugenio* deſignatos, iiſque ſimul XI. *Kal. Auguſti* poteſtatem Legatorum de latere collatam, ac ſeparatim deinde *Thomæ Epiſcopo Bononienſi*, ac *Johanni Carvaial*. Itaque eis non ſunt additi XI. *Kal. Aug.* Epiſcopus *Leodienſis*, & *Nicolaus de Cuſa*.

XXVIII. Quando Thomas ſit Cardinalis creatus. Sigonius iterum notatus.

Conventu Francfordienſi abſoluto (*e*), *Thomas Bononienſis* Antiſtes, & *Johannes Carvaialius* Legati Viennam Auſtriæ, acturi Cæſari gratias proceſſere. Ante-

(*a*) Ibid. pag. 45.
(*b*) Ibid. pag. 44.
(*c*) A.D. 1446. num. 3.
(*d*) Num. cc.
(*e*) Commentar. Pii II. lib. 1. pag. 13.

A. D. 1447.

tequam Romam venirent, ob ſummam prudentiæ laudem, ambo Cardinales ab *Eugenio* creantur. Sigonius (*a*), *Thomam* ex Germania reducem, *presbyterum Cardinalem tituli S. Suſannæ* XVII. *Kal. Januar.* A. D. 1446. creatum ab *Eugenio* ſcribit, eique ad portam Flaminiam *rubeum galerum* obviam miſſum; quod quidem Sigonius ex Platina hauſit, & ex eo alii (*b*). Falſum quippe eſt, quod *rubeus galerus* obviam miſſus ſit. De die creationis Cardinalium, ac de ritu, quo *Thomas* & *Jo: Carvaialius* in Conſiſtorium ab *Eugenio* recepti ſunt, audi quid Jacobus Radulphi ſacri Collegii clericus ſcripſerit (*c*): *Anno*, inquit, *a Nativitate Domini* MCCCCXLVI. *Pontificatus Domini Eugenii* P. IV. *anno* XVI. *die vero* XVI. *menſis Decembris quatuor temporum, fuerunt creati in S. R. E. Cardinales per eundem Reverendiſſimi in Chriſto Patres Domini Henricus Archiepiſcopus Mediolanenſis*, THOMAS EPISCOPUS BONONIENSIS ABSENS, *Johannes Epiſcopus Placentinus etiam* ABSENS, *& Johannes Abbas Monaſterii S. Pauli extra muros Urbis*. Mox: *Anno prædicto die Veneris* XXIII. *menſis Decembris Reverendiſſimi in Chriſto Patres Domini* THOMAS *Epiſcopus Bononienſis*, *&* JOHANNES *Placentinus Epiſcopus intraverunt Urbem* SINE CAPPELLO, *aſſociati a quatuordecim Cardinalibus uſque ad Palatium Domini Noſtri Papæ*, *& ibidem in Conſiſtorio generali recepti fuerunt in S. R. E. Cardinales*, *& dati ſunt eis* CAPPELLI CARDINALATUS, *nec non tituli aſſignati*, *videlicet Bononienſi titulus Sanctæ Suſannæ*, *& Placentino S. Angeli Diaconia*, *& iterum reducti ad habitationes eorum per prædictos Dominos Cardinales*. Habentur etiam ipſius Eugenii litteræ,

(*a*) De Epiſcopis Bonon. pag. 187.
(*b*) Apud Raynald. A.D. 1446. num. 4. & ſeq.
(*c*) Diar. Conſiſtor. Eugenii IV. in Tabul. Vat.

A. D. 1447. ræ, die XVI. *Decembris* (*a*) an. 1446. datæ, quibus eidem Thomæ in purpuratorum Senatum adſcito, retinendi Bononienſem Eccleſiam poteſtas fit, & *titulus S. Suſannæ* adſignatur. Ex his autem manifeſte apparet, *rubeum galerum* obviam eis extra portam Flaminiam non fuiſſe miſſum, immo in Urbem ſine eodem ingreſſos, ac in Conſiſtorio publice eundem galerum ab *Eugenio* eis impoſitum.

XXIX. Bononienſi Capitulo, ſe Cardinalem creatum, ſignificat.

Paucis poſt diebus *Thomas* Cardinalis litteras amoris & humanitatis plenas ad Capitulum Eccleſiæ Bononienſis dedit, a Sigonio relatas (*b*), in quibus ſignificat, ſe quum ex *Alemannia*, & *Galliis* rediret ab *Eugenio* Cardinalem fuiſſe creatum. Rogat, ut Deo gratias agant Canonici, atque agnoſcant, non vulgarem Eccleſiæ Bononienſi fuiſſe honorem tributum. Datæ ſunt hæ litteræ: *Romæ die nona menſis Januarii* an. 1447. At Bononiam non inviſit amplius *Thomas*; nam non multo poſt, ideſt *Pridie Nonas Martii*, in Summum Pontificem, ut vidimus, divinitus eſt electus.

XXX. Num uno eodemque anno Epiſcopus, Cardinalis, & Pontifex factus ſit. Platinæ, & aliorum hac in re lapſus.

Emendandus eſt autem & hoc loco Platinæ, & quorundam aliorum lapſus, qui ſcribunt, *Thomam* uno eodemque anno, & *Epiſcopum Bononienſem*, & *Cardinalem*, & *Pontificem* factum. Platinam hac in re emendavit Franciſcus Pagius in vita *Eugenii* IV. (*c*) ubi tamen & ipſe labitur, dum tradit, *Thomam* creatum fuiſſe Epiſcopum Bononienſem A.D. 1445. & in Pontificem electum die *quinta Martii*; nam, ut ſupra vidimus, Thomas Eccleſiæ Bononienſis Epiſcopus dictus eſt ab *Eugenio* A.D. 1444. *die* XXVII. *Novembris*, & in Romanum Pontificem electus *die ſexta Martii*. Recte vero Corne-

(*a*) Regeſt. de Curia lib. XX. pagin. 127.

(*b*) Sigonius, ut ſupra.

(*c*) Num. CCIII.

nelius Zantflietus in Chronico (*a*) qui ad A. D. 1447. de *Nicolao* v. hæc litteris conſignavit: *Infra triennium ad tres maximas pervenit dignitates. In uno ſiquidem anno factus eſt Epiſcopus, in ſecundo Cardinalis, in tertio Summus Pontifex.* At de Thomæ Sarzanenſis primordiis, ac vita privata jam ſatis; nunc ad eundem in Pontificem inauguratum revertamur.

A. D. 1447.

XXXI. Principum & civitatum Legati ad Pontificem gratulandi cauſſa. Pontificis ad Alphonſum regem ablegati, & Alphonſi ad Pontificem Oratores.

Nicolai electione vulgata, confeſtim Legati & Oratores Principum ac civitatum, qui Romæ aderant, & ſubinde ab omni Italia, Pontifici gratulatum certatim concurrunt. Obſequia inter primos præſtitere *Procopius Rabenſteynus*, nobilis eques (*b*), & *Æneas Sylvius*, Friderici Cæſaris tum extra ordinem Legati, deinde cæteri qui Romæ erant Principum Oratores. Venerunt poſtmodum intra menſem Aprilem Legati *Peruſinorum*, *Bononienſium*, *Senenſium*, *Venetorum*, *Florentinorum*, *Genuenſium*, *Mediolanenſium Ducis*, aliarumque Italiæ civitatum. Pontifex vero poſtridie ſuæ electionis Cardinales duos, ut eſt apud Æneam Sylvium (*c*), nimirum *Franciſcum Condulmarium* S.R.E. Vicecancellarium, & *Ludovicum Mediarotam*, S.R.E. Camerarium, ſeu *Dominicum* Cardinalem *Capranicam*, ut Johanni Baptiſtæ Poggio (*d*) placet, ad *Alphonſum* Aragonum regem Tibur miſit. *Alphonſus* extemplo quatuor Oratores (*e*), inter quos *Jo: Antonius Urſinus*, ad Pontificem deſtinavit, qui ſemel ac iterum obſequia & obedientiam ei præſtiterunt, omnia regis nomine polliciti.

D Splen-

[*a*] Apud Marten. collect. ampliſs. Anecdot. tom. v. pag. 457.
[*b*] Æneas Sylvius in Orat. ut ſupra pag. 557.
[*c*] Ibid.
[*d*] In Vita p. v111.
[*e*] Æneas Sylvius in orat. ut ſupra. Regeſt. MS. diverſor. Cameral. pagin. 17. Facius de geſtis Alphonſi regis lib. 1x. pag. 237.

A. D. 1447.

XXXII. Bononienſium ſplendida Pontifici legatio. Bononienſis Epiſcopi creatio.

Splendida fuit autem Bononienſium legatio, delectis aliquot ex primoribus civitatis viris, ad hujuſmodi legationem obeundam, nimirum *Nicolao* (*a*) *Sanuto*, *Melchiore de Vizano*, *Baptiſta de Caſtro S. Petri*, *Gaſpare de Arengheria*, *Ludovico de Bentivolis*, & *Melchiore de Malviciis*, qui a Pontifice humaniter comiterque excepti ſunt, & poſtulata etiam impetrarunt. Per idem tempus Pontifex Bononienſi Eccleſiæ, cujus ille ante Pontificatum Infulas gerebat, conſultum voluit, ac in ſui locum *Johannem de Podio*, civem, Juriſconſultum, & Canonicum Bononienſem ſubrogavit, per litteras Apoſtolicas hoc anno die XXIII. *Martii* datas, ſcilicet quarta die poſt ejus coronationem. Ea in re eorundem Canonicorum Bononienſium votis benigne Pontifex annuit, qui tres Canonicos Romam ad Pontificem (*b*) ablegarant, oratum, ut eis Epiſcopum ex eorum collegio daret.

XXXIII. Gratulatoriæ ad Pontificem litteræ, inter quas elegans Franciſci Barbari epiſtola.

Neque vero magni tantum Principes, magnæque urbes officii, gratulationiſque cauſſa, ſed etiam permulti alii viri nobiles præſtanteſque, Pontificem gratulatoriis litteris convenere, inter quos delatam ei divinitus dignitatem, per epiſtolam elegantia, gravitate, laudibus, ac ſententiis plenam vir inter Senatorios magni nominis, atque inter illius ætatis litteratos facile princeps Franciſcus Barbarus, Patricius Venetus gratulatus eſt. Quam quidem epiſtolam ſeorſim initio anni ſuperioris vulgavit *Angelus Maria* Cardinalis *Quirinus*, S.R.E. *Bibliothecarius*, & Epiſcopus *Brixienſis*, eamque Sanctiſſimo Domino noſtro BENEDICTO XIV. PONT. MAXIMO inſcriptam, uberrimis *Nicolai* V. laudibus exornavit.

[*a*] Hieronymus de Burſellis in Annal. Bononien. inter Scriptor. rer. Italic. tom. XXIII. pag. 883.

[*b*] Sigon. de Epiſcopis Bononien. pag. 187.

vit. Obiter hoc loci Cardinalem *Quirinum* honoris ergo nomino, opportunius de eodem, ex quo multa, quæ ad *Nicolaum* pertinent, hauſi, ſuis locis mentionem facturus. A. D. 1447.

XXXIV. Qui rerum ſtatus, dum Pontificatum Nicolaus ſuſcepit.

Verum inter hos plauſus, inter communem bonorum omnium lætitiam ante oculos dies noctesque Pontifici obverſabatur miſera Eccleſiæ catholicæ conditio, Italiæ totius perturbatio, & collapſa Eccleſiaſtica diſciplina. Difficillimo enim Chriſtianæ Reipublicæ tempore NICOLAUS ad ſummi Apoſtolatus apicem evectus eſt. Omnia in ſummo diſcrimine poſita videbantur. Schiſma a Baſileenſi conciliabulo jamdiu conflatum, *Amedeo Sabaudo* in Pſeudopontificem adlecto, catholicam Eccleſiam miſere dilacerabat: *Germania* & *Pannonia* inteſtinis bellis vexatæ: *Galli* & *Angli* mutuis odiis inter ſe decertantes: *Alphonſi* Aragonum, & utriuſque Siciliæ regis nimia potentia: *Græcorum*, & Orientalium cum Eccleſia Romana unio ſenſim in caſſum prolapſa: *Italia* tota factionibus diviſa: *Copiarum ductores*, qui per ea tempora vigebant, natura feri, prædonumque more huc illuc vagari, rapere, depopulari, ac omnia hoſtilia facere: In ditione Eccleſiaſtica *toparchæ* nonnulli, qui pro Sancta Romana Eccleſia Vicariatus munere fungebantur, partim imperata non facere, partim palam deficere: *Philippi Mediolanenſium Ducis* imperium præpotens: *Veneti*, *Genuenſes*, & *Florentini* ad bella & arma parati: Domi ærarium Apoſtolicum ære alieno gravatum. Hæc autem quum animo circumluſtraſſet *Nicolaus*, ſingulis remedium afferre ſtatuit, ut ſuis annis & locis dicturi ſumus.

XXXV. Nicolai ſtudia pro ſchiſmate tollendo.

A catholica fide auſpicandum cenſuit; quare ſchiſmate penitus tollendo, vires omnes & animum intendit.

A. D. 1447. Baſileenſes poſt *Eugenii* obitum, obſtinatius *Felici Antipapæ* adhæſerant, qui nonnullos pſeudocardinales (*a*) crearat, ut provincias circuimirent, ad ſtudia eidem captanda; nam *Helvetii* tantum, & *Sabaudi* ei parebant. *Nicolaus*, expetentibus *Friderici* Cæſaris Oratoribus, (*b*) Germaniæ Legatum *Johannem Carvajalium* Sancti Angeli Diaconum Cardinalem die XXVI. *Martii* (*c*) cum ſumma poteſtate creavit, eique mandavit, ut Germaniæ Principes, provincias, ac civitates, & populos ad legitimum Pontificem agnoſcendum, & Baſileenſe conciliabulum evertendum curaret. Legatus tamen Roma non diſceſſit, niſi die XV. *Septembris* (*d*) hujus anni. Rei exitus forte expectabatur. Etenim *Fridericus* Cæſar, *Nicolai* Pontificis ſtudioſiſſimus, eum ſtatim, ut vidimus, per Oratores ſuos Romæ agnoverat, & ad diem XX. *Julii* (*e*) Sanctæ *Margaritæ* ſacram, Principum conventum apud *Aſchaffemburgium*, Moguntinæ dioeceſis oppidum, indixit, ubi *Fridericus* Romanæ Eccleſiæ tutelam arripiens, Germanos omnes *Nicolaum* V. uti verum *Eugenii* IV. Succeſſorem, Chriſtique Vicarium revereri compulit, acephalorum factione, quæ *neutralitatis* nomine vocabatur, ideſt ſecta eorum, qui neque *Eugenium*, neque *Felicem*, ut Pontifices agnoſcebant, abrogata. Subinde Epiſcoporum epiſtolæ encyclicæ die XI. *Auguſti* datæ prodierunt, quibus ſignificabatur, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ac Germaniæ proceres (*f*) ad obediendum *Nicolao* V. paratos eſſe. Menſe *Junio* Cæſar

[*a*] Poggius Florentin. Invectiva I. in Felicem Antipapam.

[*b*] Æneas Sylvius in Orat. ut ſupra pag. 555.

[*c*] Regeſt. 1. Officior. pag. 91.

[*d*] Diar. Conſiſtor. Jacobi Radulphi.

[*e*] Pii II. Commentar. lib. 1. pag. 14. Exſt. Acta in cod. juris gentium diplomatico Leibnitii par. 1. pagin. 377.

[*f*] Apud Cochlæum Hiſtor. Huſſit. lib. IX. pag. 345.

ſar (*a*) Baſileenſibus mandavit, ut a Baſileenſi civitate latrocinantium cœtum expellerent, ſalvus conductus intra duos menſes revocaretur; quod a *Friderico* Epiſcopo *Baſileenſi* una cum clero & conſulibus ejus civitatis pſeudoſynodi patribus ſignificatum fuit. Prodiit etiam menſe *Auguſto* ipſius *Friderici* Cæſaris mandatum (*b*), quo cautum eſt, ne quis conciliabulo Baſileenſi adhæreret, aut *Felici*, ſed *Nicolao Pontifici* obedientiam præſtaret, qui ſecus faxerit, in eum Pontificiis, Cæſareiſque legibus animadverteretur. Paruere Baſileenſes, ſchiſmaticoſque omnes urbe pepulere. *Felix* vero *Antipapa* Baſileenſem coetum ad ſe vocavit. At de his anno inſeſequenti.

XXXVI. Gallorum regis ſtudia pro ſchiſmate tollendo.

Apud *Carolum* VII. Gallorum regem præterea *Nicolaus*, & epiſtolis, & per Legatos, ac Nuncios egit, ut Apoſtolicæ Sedis dignitatem tueretur, egregiamque operam abolendo ſchiſmati navaret. Præterquam quod enim officii & urbanitatis cauſſa, litteris ad eundem regem datis die XXI. *Martii* (*c*), ſe ad catholicæ Eccleſiæ regimen evectum fuiſſe die *ſexta Martii* ſignificavit, monuitque regem, ut preces in toto Galliarum regno effunderentur, quo Pontifici gratia Dei aſſiſteret, ut condigne Dei Eccleſiam regeret, extirparet hæreſes, pacem populi Chriſtiani obtineret, Infideles opprimerentur; aliis litteris die XXVI. Aprilis ad eundem regem ſcriptis (*d*) eum collaudat ob impenſa ad Eccleſiam Dei in unitatem reducendam officia, hortaturque, ut progenitorum ſuorum exemplo contra ſchiſmaticos, & Pſeudopontificis fautores pro Romanæ Eccleſiæ unitate & quiete vires ſuas exponat.

Ca-

[*a*] Decretum I. Lauſanenſ. Concilii apud Marten. Collect. ampliſſ. Anecdot. tom. V. pag. 995.

[*b*] Apud Cochlæum lib. IX. pag. 347.

[*c*] Concil. tom. XIII. pag. 1321.

[*d*] Apud Marten. Collect. ampliſſ. Anecdot. tom. VIII. pag. 988. Regeſt. I. Secret. Nicolai V. pag. 12.

A. D. 1447.

XXXVII. Lugdunenſis conventus. Quid in eo actum ſit.

Carolus rex, ne quid ſtudii pro pace Eccleſiæ omitteret, conventum *Lugduni* menſe *Julio* indixit, commonuitque Ludovicum Sabaudiæ Ducem, & Baſileenſium pſeudoſynodi fautores, ut Nuncios Lugdunum mitterent. Conventui adfuere (*a*) regis Francorum, Trevirenſis Archiepiſcopi, & Colonienſis, Ducis Sabaudiæ, Baſileenſium, necnon Angliæ, & Renati Siciliæ regum Oratores, itemque *Ludovicus Alemannus*, olim Cardinalis Arelatenſis appellatus, ſchiſmatis tum ſignifer, habitiſque ſæpe colloquiis, quæ uſque in diem XVIII. *Octobris* protracta ſunt, decretum fuit, ut pro pace ineunda *Amedeus* adiretur, qui pacis leges Oratoribus miſſis a Lugdunenſi cœtu obtulit, eaſque Angliæ regis Oratores Romam (*b*) *Nicolao* Pontifici attulere; ſed iniquæ adeo erant, ut indignæ reſponſo viderentur.

XXXVIII. Amedeus, qui Felix v. Antipapa, hæreticus denunciatus. Alia in eum decreta. Quæ promiſſa, ſi reſipiſceret.

Quamobrem *Nicolaus* Apoſtolicis litteris (*c*) *Roberto Aquenſi* Archiepiſcopo mandavit, ut *Amedeum* olim *Sabaudiæ Ducem*, ſe FELICEM V. *ſacrilege* appellantem, *ſchiſmaticum*, & *hæreticum* denunciatum, iterum in eadem relapſum declararet, ac pœnis affici juberet. Aliis item litteris [*d*] ad omnes Chriſti fideles die XII. *Decembris* exaratis, omnem *Amedei* ditionem, eique adhærentium, fiſco addicit, & *Carolo* Regi Francorum, ſi eundem & ſequaces fregiſſet, donat, ac tribuit: Indulgentias militantibus concedit. Interim, ne quid ex caritatis legibus *Nicolaus* Pontifex omitteret, eadem die XII. *Decembris* [*e*] *Carolo* regi Francorum per litteras Apoſtolicas ampliſſimam facultatem contulit, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, cum *Amedeo*, ſchiſmaticiſque paci-

(*a*) Raynald. A. D. 1447. n. 20.
(*b*) Concil. tom. XIII. pag. 1326.
(*c*) Regeſt. I. Secret. Nicol. V. pag. 3.
[*d*] Concil. tom. XIII. pag. 1322. & in Codice juris gentium diplomatico Leibnitii P. I. pag. 378.
[*e*] Apud Marten. ut ſupra pagina 994.

A. D. 1447.

paciſcendi. *Roberto* item *Aquenſi* Archiepiſcopo conceſſit (*a*), ut *Amedeus*, ſi *Caroli* regis conſiliis acquieſceret, & ſchiſma rite damnaret, pœnis omnibus, quibus irretitus erat, ſolveretur, eique Cardinalitiam dignitatem, Legatique munus perpetui in omnibus ſui Ducatus ditionibus promitteret: ſchiſmatici reliqui honoribus & dignitatibus reſtituerentur.

XXXIX. Conatus Amedei, ut Regem Gallorum ſibi conciliaret.

Conatus pridem fuerat *Amedeus* Gallorum regem in ſuam ſententiam pertrahere, quapropter litteras ei ſcripſit [*b*] datas: *apud S. Dominicum extra muros Gebennenſes* VI. *Idus Junii, anno a Chriſti nativitate* 1447. Pſeudopontificatus *anno ſeptimo* ſignatas, in quibus *Nicolaum* Pontificem reſpuit, Baſileenſe conciliabulum propugnat, regemque hortatur, ut regni ſui Antiſtites Baſileam mittat, idque ut cæteri Principes faciant, curet. Quod ſi Baſileenſis locus non placet, alius deligatur. Quidquid in eo Concilio de ſe deliberatum fuerit ac decretum, libenter amplexurum.

XL. Formulæ pacis in Gebennenſi conventu propoſitæ.

Formulæ quædam concordiæ ineundæ, ac dirimendi ſchiſmatis confectæ dicuntur in Gebennenſi conventu menſe *Decembris* hujus anni, cui interfuiſſe feruntur [*c*] *Caroli* Francorum, *Henrici* Angliæ, & *Renati* Siciliæ regum, & *Ludovici* Delphini Viennenſis Oratores; ac ibi ſtatutum, ut in ipſo Baſileenſi Concilio de unione & pace Eccleſiæ danda ageretur. Verum de his anno inſequenti plura.

XLI. Poloni, ſchiſmate ejerato, ad catholicam fidem redeunt, præter Academiam Cracovienſem, & nonnullos alios.

In Poloniam uſque ſchiſmatis virus penetrarat. *Vincentius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis* ea labe infectus, & *Amedei*

(*a*) Lib. II. Secret. pag. 13.
(*b*) Apud Martenium, ut ſupra pag. 989. & ſeq.
(*c*) Apud Martenium, ut ſupra pagina 995.

A. D. 1447.

Amedei Antipapæ aſſecla, a quo etiam inter pſeudocardinales relatus eſt. At *Vincentius* ad meliorem frugem, *Nicolao* Pontifice creato rediens, *Amedeo*, & ſchiſmate damnato, ad Sedem Apoſtolicam confugit, veniam patratorum per Johannem Dlugoſſium [*a*] Oratorem ſuum deprecans, *Nicolaum Pontificem*, uti verum Chriſti Vicarium agnovit. Hæ demiſſæ preces humaniter a Pontifice exceptæ, ac *Vincentius* a cenſuris non modo ſolutus, ſed etiam honoribus reſtitutus eſt; nam & *Gneſnenſem* Archiepiſcopum, & S. R. E. Cardinalem eum iterum Pontifex renunciavit. Clerus etiam populuſque *Gneſnenſis*, qui errantem Archiepiſcopum ſecutus erat, a criminibus abſolutus eſt. *Caſimiri* præterea Polonorum regis opera plures Polonici regni populi in fidem & obſequium Pontificis rediere. Per eos enim dies, quibus *Caſimirus* regia corona *menſe Junio* redimitus eſt, habito procerum conventu, ſancitum eſt, ut *Nicolao Pontifici*, tanquam Petri Succeſſori, obtemperaretur. Nutabat *Academia Cracovienſis*, de qua anno inſequenti diſſerendi locus erit.

XLII.
Italicos Principes ad pacem Nicolaus hortatur. Ferrarienſis conventus pacis ineundæ cauſſa. Pax infecta ex obitu Ducis Mediolani. Dominicus Card. Capranica in Picenum Legatus mittitur.

At ad Italiam, a qua nos longius ſchiſmatis negocium abduxit, ſermo redeat. Legatos Principum, qui Romam obſequii cauſſa venerant, *Nicolaus* pacis Italiæ reſtituendæ cupidus, ad pacem hortatus eſt. Legati *Venetorum*, & *Florentinorum*, ſe pacem amplexuros dixerunt (*b*), ſi controverſia, quæ illis cum *Philippo Maria* Mediolanenſium Duce intercedebat, dirimeretur. Tibur a Pontifice ablegati ſunt, ut ea de re cum *Alphonſo* Aragonum rege colloquerentur, qui nihil a ſe prætermiſſum

(*a*) Raynald. an. 1447. n. 21. & ſeq. Dlugoſſ. Hiſtor. Polon. Lib. XIII. pag. 35.
(*b*) S. Antoninus P. III. tit. XXII. cap. XII. §. 1. Sabellic. Ennead. X. lib. V. Facius de geſtis Alphonſi lib. IX. pag. 237. Platina in Nicolai V. vita, & alii.

ſum iri reſpondit, quod ad pacis ſtudium attineret. Placuit, ut *Johannes* tit. S. Laurentii in Lucina presbyter Cardinalis, *Morinenſis* appellatus, Pontificis nomine Legatus *Ferrariam* mitteretur, ubi Oratoribus utrarumque partium diſceptantibus, Pontificis opera, pax inſtauraretur. *Johannes* Morinenſis Cardinalis Roma Ferrariam profecturus (*a*) *die* VIII. *Junii* diſceſſit. Rebus de pace, deque induciis pangendis, utrimque diſcuſſis, a Legato Pontificis, cæteriſque deliberatum eſt, ut *Philippo* Duci ſignificaretur, inducias ne, an pacem mallet. Si pacem, *Cremonam*, & quæ trans Padum occupaſſent Veneti, reciperet. Si quinquennales inducias, partorum poſſeſſio apud *Venetos*, & *Florentinos* maneret. Dum tabellarius ejus rei litteras Mediolanum perferret, *Philippus* Dux repente die XV. *Auguſti*, profluvio ventris moritur (*b*), *Alphonſo* Aragonum rege palam hærede nuncupato. Hinc pax infecta; immo Italia cuncta turbarum, atque armorum plena. Ad populos in officio continendos *Piceni*, ſeu *Marchiæ Anconitanæ*, *Præſidatus Farfenſis*, ac *Maſſæ Trabariæ*, aliarumque civitatum, & locorum earundem Provinciarum, Legatum & Vicarium Pontifex jam dixerat die XVIII. *Aprilis* (*c*) *Dominicum* tituli *S. Crucis in Hieruſalem* presbyterum Cardinalem *Capranicam*, Epiſcopum *Firmanum*, qui ex Urbe diſceſſit die V. *Maii* (*d*), & ex Legatione hoc eodem anno die XVII. *Decembris* ad Urbem rediit.

XLIII. Pacem inter Hungaros, & Fridericum Cæſarem curat.

Extra Italiam præterea *Nicolai* curæ in pace concilianda ſe proferebant. Exortum bellum erat inter *Fridericum* Cæſarem, & Hungaros, qui *Ladislaum* regem puerum

(*a*) Diar. Conſiſtor. Jacobi Radulphi. Platina in Vita Nicolai V.

(*b*) S. Antoninus P. III. cap. XI. §. 17. Pii II. Commentar. lib I. pag. 14. Franciſcus Simonettus de geſtis Franciſci Sfortiæ lib. IX.

(*c*) Lib. I. Offic. pag. 24.

(*d*) Jacobus Radulphi in Diario Conſiſtor.

A.D 1447.

Jo:Cardin. S.Angeli Legatio Germanica.

rum depoſcebant. Inducias Pontifex imperavit; ab armis conquieverunt Hungari, & Apoſtolicæ Sedi obſecuti ſunt. Inter hæc Pontifex *Johannem Carvajalium S. Angeli* Diaconum Cardinalem, Germaniæ Legatum deſignatum, qui nondum Roma diſceſſerat (diſceſſit autem die XV. *Septembris*) litteris Apoſtolicis die *quarta Auguſti* datis (*a*), Legatum etiam pro pace firmanda conſtituit, & Legationis jus ad Bohemiæ regnum quoque protendi voluit. Dedit autem in mandatis eidem Legato, ut omni ſtudio eniteretur, motas controverſias ſedare, & ne quid detrimenti res chriſtiana caperet; nam ſi Hungari viribus frangerentur, Turcicas aggreſſiones in poſterum ægre ſuſtinere potuiſſent.

XLIV.

Salisburgenſi Eccleſiæ, Eugenii, & aliorum Pontificum diplomata de jure eligendi Gurcenſem, Chiemenſem, Seccovienſem, & Laventinum Epiſcopos, confirmat.

Ad pacis atque clementiæ ſtudia, quibus Germanorum, & aliorum animos ſibi devincire Pontifex curabat, referendas putamus *Nicolai* Apoſtolicas litteras in ipſo Pontificatus limine, ſcilicet die XIX. *Martii*, (*b*) qua Pontificia tiara redimitus eſt, editas, quibus *Eugenii* IV. Sanctionem die XIII. *Februarii*, antequam vitam cum morte commutaret, ad preces *Friderici* hujus nominis III. Archiepiſcopi *Salisburgenſis* confectam, comprobavit. *Eugenius* in ſuis litteris deceſſorum Pontificum diplomata de jure eligendi per eoſdem Archiepiſcopos, & inſtituendi, conſecrandique Epiſcopos in Eccleſiis *Gurcenſi*, *Chiemenſi*, *Seccovienſi*, & *Laventina* olim conceſſa, rata habuerat. *Nicolaus* vero eandem Sanctionem confirmavit, ac deceſſorum Pontificum *Alexandri* III. *Innocentii* III. ac *Honorii* III. ea de re diplomata una cum *Eugenii* Sanctione ſuis litteris inſeruit. De jure eligendi Epiſcopos in Eccleſia *Gurcenſi* exortæ

(*a*) Regeſt. Secret. Nicolai V. lib. II. pag. 7.

(*b*) Exſt. apud Joſephum Merger Hiſtor. Salisburgen. lib. VI. pag. 984. & ſeq.

exortæ quondam quæſtiones fuerant, de quibus in epiſtolis *Innocentii* III. (*a*) multa leguntur.

XLV.
Nonnullos articulos Ducis Burgundiæ ſuper concordia cũ S.R.E. & ejuſdem Ducis cum Gallorum rege fœdus confirmat.

Ut etiam *Philippo* Burgundiæ Duci rem gratam Pontifex faceret, articulos quoſdam ſuper concordia cum S. R. E. propoſitos, Apoſtolicis litteris (*b*) die XXI. *Maii* confectis, ratos habuit. Biduo poſt (*c*) fœderis leges, jampridem a *Nicolao S. Crucis Cardinale* inter *Carolum* Gallorum regem, & eundem *Philippum* firmatas, approbavit. *Johanni Cypri* regi, qui ob moleſtias *Nicoſienſi* Archiepiſcopo illatas, Eccleſiaſticis ſententiis plexus fuerat, quum delicti pœniteret, abſolutionis gratiam (*d*) clementer impertivit.

Johannem Cypri regem a cenſuris Eccleſiaſticis abſolvit.

XLVI.
Legationes in varias Provincias Reip. chriſtianæ cauſa hoc anno a Nicolao miſſæ.

Variæ hoc anno a *Nicolao* Apoſtolicæ legationes, tum pacis, ac unitatis firmandæ, tum Reipublicæ chriſtianæ cauſa, miſſæ ſunt. De nonnullis jam audivimus, reliquas nunc proſequamur. *Petrum Cardinalem, Epiſcopum Albanenſem*, Legatum, & Vicarium Apoſtolicæ Sedis in civitate Avenionenſi die XI. *Maii* (*e*), ac die XVII. ejuſdem menſis (*f*) in *Auſitana*, *Toloſana*, *Narbonenſi*, *Arelatenſi*, *Aquenſi*, ac aliis Galliæ Provinciis Legatum cum plena poteſtate conſtituit. *Thomam Pharenſem* Epiſcopum in regnum Boſniæ, & Croatiæ regiones, litteris Apoſtolicis die XX. *Junii* (*g*) datis legavit. *Stephanus Thomas* Boſniæ rex ſub Eugenio IV. (*h*) Manichæorum erroribus damnatis, hæreticos e regni ſui finibus expellendi cupidus, ab eodem Pontifice natalibus fuerat reſtitutus, elogiis ornatus, atque in regiam di-

Petrus Epiſcopus Albanenſis Card. Legatus Avenionen. & in nonnullis Galliæ Provinciis.

Thomas Pharenſis Epiſcopus, Boſniæ & Croatiæ Legatus.

Stephanus Boſniæ rex, ejuratis erroribus, ſub Apoſtolicæ Sedis protectione a Nicolao ſuſceptus.

(*a*) Regeſt. MS. Innoc. lib. IX. epiſt. XLVI. Lib. X. epiſt. LV. & lib. XI. epiſt. XCIX.
(*b*) Regeſt. I. Secret. pag. 20.
(*c*) Ibid. pag. 21.
(*d*) Regeſt. I. de Curia pag. 48.
(*e*) Regeſt. I. Offic. pag. 43.
(*f*) Ibid. pag. 45.
(*g*) Regeſt. I. de Curia pag. 74.
(*h*) Raynald. A.D. 1445. n. 23. 24.

A. D. 1447.

dignitatem invectus, confirmatis eorum ſuffragiis, qui eum regem declaraverant. Perperam porro (ut id obiter moneam) a nonnullis (*a*) hoc regnum *Dardania* appellatur; nam *Pannoniæ*, & *Mæſiæ* potius pars eſt. Itaque *Nicolaus* Pontifex, eundem Stephanum Thomam regem, Manichæorum hæreſim iterum damnantem, & catholicam fidem amplexum, Pontificiis litteris (*b*), eidem *die* XIX. *Junii* ſcriptis, ſub Apoſtolicæ Sedis tutela ſuſcepit. Ea de cauſſa aliis Apoſtolicis litteris (*c*) die XX. *Junii* datis, Antonium de Oliveto Minoritam Apoſtolicæ Sedis Nuncium in *Albaniam* & *Sclavoniam* deſignavit. Exinde eundem *Thomam Pharenſem* Epiſcopum, Legatum in eas regiones miſit, qui catholicæ fidei, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ curam gereret. Paullo poſt Pontifex *Andream Archiepiſcopum Nicoſienſem*, in regno *Cypri*, & *Inſula Rhodo* pro inſtauratione Eccleſiarum, litteris datis (*d*) die IX. *Julii*, legationem obire juſſit, eundemque aliis Apoſtolicis litteris die XXIX. *Julii* (*e*) exaratis, iterum pro Chaldæorum, & Maronitarum in eiſdem regno & Inſula commorantium ad fidem catholicam reditu, Legatum itidem Apoſtolicum declaravit. Dudum *Eugenius* IV. in *Cyprum* adjacenteſque regiones *Andream Archiepiſcopum Colocenſem* (*f*) miſerat, ut ſchiſmaticos ad catholicam fidem traduceret. Ille Neſtorianos, Macariique aſſeclas, Timotheum item Metropolitam Chaldæorum qui in Cypro erant, & *Eliam* Epiſcopum *Maronitarum*, per Internuncios ad ejurandos errores, ac fidei catholicæ profeſſionem ſingulorum nomine emittendam induxit, cujus profeſſionis formulam apud Ray-

Antonius de Oliveto Minorita Nuncius Apoſtolicus in Albaniam & Sclavoniam mittitur.

Archiepiſcopus Nicoſien. in Cypri regno, & Inſula Rhodo Legatus pro inſtauratione Eccleſiarum, & pro converſione ſchiſmaticorum Chaldæorum, & Maronitarum.

(*a*) Raynald. ut ſupra.
(*b*) Regeſt. I. de Curia pag. 73.
(*c*) Apud Vvading. ad an. 1447. num. XIV.
(*d*) Regeſt. XXI. Brev. Eugenii IV. & Nicolai V. pag. 76.
(*e*) Regeſt. I. Offic. Nicolai V. pag. 88.
(*f*) Raynald. A. D. 1445. n. 21.

Raynaldum habes. Iterum vero a *Nicolao* ad eoſdem hoc anno *Nicoſienſis* Archiepiſcopus ablegatus eſt, propterea quia in priſtinos errores prolapſi fuerant, ac inde Pontifex diligentius catholicæ fidei proſpicere volebat.

XLVII. Cleri Tranſylvaniæ, & Albaniæ reformatio Archiepiſcopo Strigoniæ, & Albaniæ Epiſc. commiſſa.

Mandavit inſuper die XIV. *Julii* Archiepiſcopo *Strigonienſi*, & *Albaniæ* Epiſcopo (*a*), ut utriuſque cleri, tum in *Tranſylvania* (olim Dacia) tum in *Albania* (apud veteres *Epiri* & *Illyrici* nonnulla complexa) mores emendarent; quumque dubia quædam de vita & honeſtate clericorum a Tranſylvanis Saxonibus propoſita eſſent, iis reſponſa ſubjecta ſunt, quæ leges apud Raynaldum (*b*), & in Regeſtis Apoſtolicis aſſervantur (*c*).

XLVIII. Jo. de Capiſtrano adverſus Fraticellorum ſectam Inquiſitor.

Nec minus intenſius ad hæreticorum ſectas profligandas Pontifex hoc anno elaboravit. Siquidem *Johannem* de *Capiſtrano* Minoritam, quem inter cælites *Alexander* VIII. Rom. Pontifex adſcripſit, Inquiſitorem (*d*) per litteras Apoſtolicas die *tertia Julii* adverſus *Fraticellorum* ſectam conſtituit, opportuniſque in eam rem facultatibus communivit. Quamobrem *Johannes* ad regnum Siciliæ citra pharum perrexit. *Amedeum* vero *de Landis* arithmeticam *Mediolani* docentem, hæreticum, ac ejus fautores, & complices (*e*) idem Pontifex Apoſtolica Sanctione die XI. *Maii* damnavit, ac pœnis canonicis ſubjacere decrevit. Paullo ante, ideſt die XIV. *Aprilis*, aliis litteris (*f*) Bernardinum Senenſem a calumniis ejuſdem *Amedei* liberarat. Bernardini Senenſis, qui jam dudum obierat, ſanctimoniæ ac miraculorum fama

Amedeus de Landis hæreſis damnatus.

(*a*) Regeſt. I. de Curia pag. 75.
(*b*) A. D. 1447. num. 27. 28.
(*c*) Regeſt. I. de Curia pag. 79.
(*d*) Ibidem pag. 77. Vid. Vvading. ad an. 1447. num. X. & XIII.
(*e*) Regeſt. I. de Curia pag. 53.
(*f*) Vvading. ad an. 1447. n. VII.

Digitized by Google

A. D. 1447.

Inquiſitio de miraculis B. Bernardini nonnullis S.R.E. Cardinalibus demandata.

fama longe lateque manabat, quorum cognitio, & inquiſitio ab *Eugenio* IV. an. 1445. jam demandata fuerat, *Nicolaus* vero Pontifex hoc anno die XVII. *Junii* (*a*) inquirendi de miraculis ejuſdem beati viri munus *Johanni Epiſcopo Præneſtino*, *Tarentino* nuncupato, *Guillelmo tit. S. Martini in montibus presbytero*, *& Petro S. Mariæ novæ Diacono*, Cardinalibus mandavit.

XLIX.

Decreta adverſus fœneratores in Aragoniæ, & Sardiniæ regnis.

Contra fœneratores quoque in regno Aragoniæ, & in Sardinia Inſula inquiri, ac animadverti ſecundum ſtatuta canonum voluit, qua de re litteras die XVI. *Septembris* (*b*), & die IX. *Decembris* (*c*) edidit. Quemadmodum erga ſontes legibus, ita diſpenſationis Apoſtolicæ temperantia erga Principes nonnullos uſus eſt *Nicolaus*. Nam *Johannem Navarræ* regem, & *Johannam Enriquez*, Præfecti claſſis Hiſpanicæ, vulgo *Caſtellæ Admirantis* filiam, quarto conſanguinitatis gradu inter ſe conjunctos, ab hoc vinculo abſolvit, & ut matrimonium rite poſſent inter ſe inire, litteris Apoſtolicis diei *tertiæ Auguſti* (*d*) benigne indulſit.

Diſpenſatio ſuper quarto conſanguinitatis gradu inter Johannem Navarræ Regem, & Johannam Enriquez.

L.

Populis, & toparchis ditionis Eccleſiaſticæ venia data, & honores reſtituti.

Summa denique indulgentia eſt uſus hoc anno Pontifex, pacis ac tranquillitatis cauſa, erga populos Apoſtolicæ Sedi, ac erga toparchas nonnullos eidem Sedi fiduciario jure ſubjectos, qui ab *Eugenio* defecerant. *Federicum* enim Comitem *Montisferetri*, qui anno ſuperiori ab *Eugenio* feria V. in Cœna Domini anathemate perculſus fuerat, & in ordinem redactus, propterea quod *Franciſco Sfortiæ*, Piceni, ſeu Marchiæ Anconitanæ invaſori adhæſiſſet, litteris Apoſtolicis die XX. *Julii* (*e*) datis abſolvit, honoribus, ac juribus, certis legibus, reſti-

Federico Comiti Montisferetri venia data.

(*a*) Exſt. apud Vvading. ad ann. 1447. num. IX.

(*b*) Regeſt. I. de Curia pag. 150.

(*c*) Ibid. pag. 134

(*d*) Regeſt. I. Secret. pag. 48.

(*e*) Lib. Vicariat. Nic. V. in tab. Vat.

reſtituit. *Alexandro Sfortiæ*, Franciſci fratri, Piſaurenſem civitatem, pridem ab eo dolo malo emptam, in Vicariatum pro Romana Eccleſia (*a*) regendam per litteras diei *ſecundæ Aprilis* conceſſit. *Antonium Ordelaſſum* in civitate Forolivienſi, ejuſque comitatu Vicarium, uti vocant, in temporalibus pro S.R.E. certo annuo cenſu conſtituto, litteris item Apoſtolicis (*b*) diei XXVII. *Maii* declaravit. *Firmanis* die XII. *Aprilis* (*c*) immunitates, & privilegia a Romanis Pontificibus pridem conceſſa confirmavit. Idem *Camerinenſibus*, *Rodulpho*, & *Julio de Varano* deprecantibus (*d*), die IX. *Maii* præſtitit. *Laurentio Columnæ*, inter Romanos proceres magni nominis viro, (*e*) qui ab *Eugenio* IV. defecerat, ac oppida Sedis Apoſtolicæ occuparat, ad obedientiam reverſo, defectionis crimen die XXIII. *Aprilis* dimiſit, bonis & honoribus reſtituit, moxque, nimirum die XXXI. *Maii* (*f*) in Caſtri novi, diœceſis Portuenſis oppidi poſſeſſionem immitti mandavit. *Jo. Baptiſtam*, *Marianum*, *Baptiſtam*, & *Franciſcum Sabellos*, Romanæ Eccleſiæ hoſtes, ac læſæ majeſtatis reos (*g*), in ſinum ejuſdem Eccleſiæ revertentes, die *tertia Auguſti* abſolvit. Senatui populoque Romano immunitates, privilegia, & alia a Romanis Pontificibus eidem conceſsa, die *prima Maii* (*h*) confirmavit. *Nurſinos* ob everſum *Cerretum* oppidum, perduellionis reos, damnatoſque, veniam deprecantes, ac ad Eccleſiam reverſos, abſolutionis beneficio (*i*) die XXVII. *Octobris* donavit. Alia hujuſmodi Apoſtolicæ ditionis populis præſtitit, quæ brevitatis ſtudio præterimus.

A. D. 1447.

Alexandro Sfortiæ venia data, & Piſaurum eidem conceſſum.

Antonius Ordelaffus Foroliviii Vicarius pro S.R.E.

Firmanis & Camerinenſibus privilegia confirmata.

Laurentius Columna abſolvitur, & in integrum reſtituitur.

Sabellis venia data.

Romanis privilegia confirmantur.

Nurſinis ignoſcitur.

At

(*a*) Lib. Vicariat. Nicol. V. ut ſupra.
(*b*) Regeſt. I. Secret. pag. 32.
(*c*) Regeſt. I. de Curia pag. 6.
(*d*) Regeſt. I. Secret. pag. 19.
(*e*) Regeſt. I. de Curia pag. 8.
(*f*) Regeſt. I. Secret. pag. 24.
(*g*) Ibid. pag. 48.
(*h*) Regeſt. I. de Curia pag. 15.
(*i*) Ibid. pag. 209.

A. D. 1447.

LI.
Apoſtolicæ Sedis in Corſica Præſes, & moderator a Nicolao v. confirmatus.

At prætereunda non eſt Inſula *Corſica*, quæ quum ſub *Eugenio* IV. in poteſtatem & imperium Sedis Apoſtolicæ rediiſſet, ad eoſdem populos in officio continendos *Eugenius* miſit *Monaldum Paradiſum*, ac mox Inſulæ præfecit *Jacobum Epiſcopum Potentinum* (*a*); deinde ſupremis Pontificatus diebus *Franciſcum Angelum Epiſcopum Feretranum* (*b*) cum ſumma poteſtate legavit, ut eos compeſceret, qui defectionis crimen molirentur. *Nicolaus* Pontifex autem, eundem Feretranum Epiſcopum Apoſtolicis litteris die XXIII. *Aprilis* (*c*) Corſis pro S. R. E. præeſſe juſſit. Mox Nuncii Apoſtolici, *Gubernatoris*, ſeu *Præſidis* munere functus eſt *Fr. Jacobus de Cajeta* Ordinis Prædicatorum, qui hoc anno *die prima Julii* (*d*) Pontificio nomine tradidit arces *Biguliæ*, *Curtis*, & *Baſtitæ Thomæ de Magiſtris* pro *Jano de Campo Fregoſo* Genuenſium Duce, qui eas arces hactenus adminiſtrarat.

Arces Biguliæ, Curtis, & Baſtitæ, Pontificio nomine Jano de Campo Fregoſo aſſignatæ.

LII.
Privilegium Epiſcopo Bononienſi de quibuſcumque cauſſis cognoſcendis conceſſum.

Ad Bononienſem Eccleſiam revertimur, quam Pontifex mirifice diligebat. Vix enim *Johannem de Podio*, ut diximus (*e*) in ſui locum ſuffecerat, cum per Apoſtolicas litteras die XI. *Maii* (*f*) datas eidem Epiſcopo poteſtatem contulit audiendi cognoſcendique Bononienſium cauſſas quaſcumque, tam civiles, quam profanas. Bononienſium gratia id fortaſſe Pontifex fecit, utque benevolentiæ ſuæ in Bononienſem Eccleſiam ſpecimen daret. Benevolum ſe Bononienſibus ſemper præbuit, propterea quod Apoſtolicæ Sedi tum ſe obſequentes oſtenderunt. Idcirco præſtantioribus illius urbis

(*a*) Raynald. A. D. 1444 n. 11.
(*b*) Ibid. & A. D. 1447. n. 12.
(*c*) Regeſt. 1. de Curia pag. 12.
(*d*) Regeſt. diverſ. Cameral. Nicolai v. n. 26. pag. 35.
(*e*) Supra §. XXX. 1.
(*f*) Regeſt. 1. de Curia pag. 32.

urbis civibus non levia Pontificiæ beneficentiæ argumenta præſtitit; nam *Ludovico Mariſcotto Turrim*, vulgo *dell'Uccellino* appellatam, litteris Apoſtolicis die v. *Decembris* (*a*) hujus anni datis, beneficiario jure conceſſit. Ejuſmodi beneficientiæ ſignis uſus eſt in Bononienſes alios, ac in Lambertinos, ut ſuo loco videbimus. Brevi *Johannes* de *Podio* Bononienſem Eccleſiam adminiſtravit; ſiquidem hoc anno, Romæ ſupremum diem obiit, & in illius locum Pontifex *Philippum Calandrinum* ſui ipſius uterinum fratrem ſubrogavit. Qua de re Pontifex litteras die XVIII. *Decembris* (*b*) hujus anni Clero civitatis, & die *ſecunda Januarii* (*c*) anni inſequentis civitati, populoque Bononienſi ſcripſit. *Philippus* poſtmodum inter S.R.E. Cardinales relatus eſt, de quo ſuo loco.

A. D. 1447.

Ludovico Mariſcotto Turris quædam a Pontifice conceſſa.

Philippus, Pontificis frater, Bononienſis Epiſcopus creatus.

LIII.

Obitus Cardinalis Portugallenſis.

Ad hujus anni extrema, ne rerum ordo perturbaretur, revocandum cenſuimus obitum *Antonii* Cardinalis *Luſitani*, vulgo *Portugallenſis* appellati. Is eſt autem, qui, ut monuimus (*d*), e comitio poſt *Nicolai* Pontificis electionem egrediens, a Deo eum electum fuiſse palam pronunciavit. Obiit Romæ die XI. *Junii* apud S. Chryſogonum, ut habet Jacobus Radulphi in Diario Conſiſtoriali; at in ejus lapide ſepulchrali die XI. *Julii* obiiſse adnotatur. Fuit primum Epiſcopus *Eborenſis*, deinde ab *Eugenio* IV. S.R.E. presbyter Cardinalis *tit. S. Chryſogoni* creatus eſt. Latifundia Baſilicæ Lateranenſi donavit, in qua & ſepultus eſt. De eo Ciaconius (*e*).

 INI-

(*a*) Regeſt. I. Secret. pag. 176.
(*b*) Exſt. apud Sigonium de Epiſcopis Bonon. pag. 189.
(*c*) Ibid.
(*d*) §. V.
(*e*) Tom. II. pag. 912.

A. D. 1448.

I.
Epiſcopus Camerinenſis in Poloniam ad ſedandum ſchiſma ablegatur. Quid in Regem, & alios præſtiterit.

INITIO hujus anni *Nicolaus* Apoſtolicam legationem ad Poloniæ regnum mittendam decrevit, ut ii qui inter Polonos ſchiſma nondum deteſtati eſſent, ad meliorem frugem redirent. Legavit igitur, Apoſtolicis litteris die IV. *Januarii* datis (*a*), *Baptiſtam Camerinenſem Epiſcopum*, quem ampliſſima poteſtate ornavit. Profectus in Poloniam eſt Epiſcopus Camerinenſis, itineris comitibus adhibitis (*b*) *Caſimiri* Polonorum regis Oratoribus, qui Romæ fuerant ad obedientiam ipſius regis nomine *Nicolao* Pontifici præſtandam. Legatus feria V. in octava Corporis Chriſti orationem ad regem habuit, ejuſque erga Sedem Apoſtolicam religionem ac reverentiam plurimum commendavit, *Roſam auream* Pontificis nomine ei obtulit, aliaque benevolentiæ Pontificiæ documenta præbuit. *Sbigneum*, Epiſcopum *Cracovienſem*, male *Gneſnenſem* a Blondo (*c*), qui Raynaldum (*d*) in errorem traxit, appellatum, creatumque Cardinalem ab *Eugenio* IV. Florentiæ A. D. 1439. die XVIII. menſis *Decembris*, *Amedei* factionem dudum ſecutum, ut regi gratificaretur, Cardinalem a Pontifice haberi ſignificavit, qua de re *Caſimirus* Pontifici *Nicolao* gratias egit. Exinde Legatus a *Sbigneo*, clero, & civibus *Cracovienſibus* honorifice ſuſceptus eſt, præterquam ab Academia *Cracovienſi*, quæ Baſileenſium factioni adhuc adhærebat; de qua mox.

Sbigneo Epiſcopo Cracovienſi Cardinalatus dignitas confirmata.

II.
Antonius Cerdanus, Archiepiſcopus Meſſanenſis, Cardinalis creatus.

Ad *Nicolaum* Pontificem redeamus, qui hoc anno, menſe *Februario*, ſcilicet die *Veneris* quatuor temporum, quæ fuit XVI. *Februarii*, *Antonium Cerdanum* Archiepiſcopum *Meſſanenſem*, natione *Majoricenſem*, ad

(*a*) Regeſt. XXI. Brev. Eugenii IV. & Nicolai V. pag. 83.
(*b*) Jo: Dlugoſſ. Hiſtor. Polon. to. II. pag. 40. ad A. D. 1448.
(*c*) Decad. IV. lib. I.
(*d*) A. D. 1439. num. 41.

ad Cardinalatus apicem extulit, eique die *Sabbati* inſequenti *titulum S. Chryſogoni* tribuit (*a*). Commendatur maxime *Antonius* ab Ænea Sylvio (*b*), qui habet, ideo a Pontifice inter Cardinales eum adſcriptum, ut ſibi Philoſophiæ ſtudiis, ac arcanorum ſacræ Theologiæ cognitione ex omnibus parem eligeret. Theologorum enim illius ætatis principem idem Æneas *Antonium* vocat. Per eos dies, *Henrici* Anglorum regis precibus permotus Pontifex, Pragmaticæ Sanctionis decreta, quod ad vacationes Eccleſiarum, earumque collationes, & alia quæcumque Eccleſiaſtica beneficia attineret, Apoſtolicis litteris die XXV. *Februarii* (*c*) datis, ad Britanniam minorem, ſeu ad Normanniam protendi juſſit.

Anglorum regis precibus Pragmaticam Sanctionem in Normannia locum habere permittit.

III.

Paci implorandæ ad opem divinam Pontifex confugit. Proceſſionem ſolemnem ad S. Marci diem indicit, in qua pedeſter incedit.

Ad hæc Pontifex pacis Eccleſiæ catholicæ, atque inter Principes reſtituendæ ſummopere cupidus, auxilium de ſancto implorandum in primis eſſe cenſuit. Itaque ad diem XXV. *Aprilis*, Marco Evangeliſtæ ſacram, qua ex vetuſtiſſimo Romanæ Eccleſiæ more *Litania*, quæ *major* dicitur, rite ab Urbis ordinibus peragi ſolet, ſolemnem Proceſſionem indixit, in qua a Baſilica Vaticana ad Eccleſiam S. Marci procederetur. Ipſe Pontifex, ſacro comitante Senatu, clero præcedente, populique magna turba, pedeſter fuit, ac rem divinam ritu maximo in ipſa S. Marci Eccleſia fecit. Celeberrimam omnium ſupplicationum, quæ ante peractæ eſſent, eam fuiſſe (*d*) ferunt. Quum vero ritus tum perturbatus eſſet; nam mos erat, hac die Litanias in Eccleſia S. Marci inchoare, & ad Baſilicam Vaticanam pergere; & contra a Baſilica Vaticana ad Eccleſiam Sancti Marci itum

Sanctio edita, quod inverſo ritu & ordine Proceſſio acta fuerit.

F 2 fuiſ-

(*a*) Diar. Conſiſtor. Jacobi Radulphi.

(*b*) De Europa cap. LVII. Vid. Nicolaum Antonium Bibliothecæ veteris Hiſpan. tom. II. pag. 182.

(*c*) Regeſt. I. de Curia pag. 268.

(*d*) Diar. Stephani Infiſſuræ, Scriptor. rer. Italic. tom. III. P. II. p. 1131.

A. D. 1448. fuiſſet, edita Conſtitutione ſanxit, nihil detrimenti Baſilicæ Vaticanæ, ejuſdem Archipresbytero, & Capitulo illatum fuiſſe, nihilque *Alexandri* IV. Conſtitutioni derogatum, qua ſub anathematis ſententia juſſit, ut ea die omnia totius Urbis ſacra Collegia, omnes tum Monachorum, tum Regularium cœtus hujuſmodi Proceſſioni rite intereſſent, atque in ipſa Vaticana Baſilica largitionem quandam pecuniariam, quam *presbyterium* appellabant, ab Archipresbytero & clero ipſius Baſilicæ accipere ſolebant, ob non ſervatum ordinem & morem conſuetum. Edita eſt nuper hæc Conſtitutio a V. C. Petro Moretto (*a*) ex quodam apographo, in quo mendum eſſe in notis Chronologicis ſuſpicatur. Data enim dicitur *an.* MCCCCXLVIII. VIII. *Kal. Aprilis* (ideſt die XXV. *Martii*) *Pontificatus anno ſecundo*. Legendum putat Morettus VIII. *Kal. Junii* pro VIII. *Kal. Aprilis*, & *anno tertio* pro *anno ſecundo*, quum apud Bzovium in Annalibus Eccleſiaſticis ad an. 1448. & apud Turrigium in cryptis Vaticanis (*b*) huic anno illigetur. His adde Stephani Infiſſuræ Diarium (*c*), qui apertis verbis ad annum 1448. hujuſmodi Proceſſionem recenſet. Horum me movet auctoritas. Cæterum ex Platinæ verbis potius eruitur, eam anno 1447. alligandam eſse: *At Nicolaus Pontifex*, inquit, *pacis & quietis amator*, *celebrata de more coronatione ſua*, *factiſque ingenti apparatu Letaniis*, *quibus ipſe pedes ſupplicabat*, *Cardinalem Morinenſem Ferrariam mittit*, *componendæ pacis commune domicilium*. Hæc certe annum 1447. deſignant. Quod ſi in notis Chronologicis memoratæ Conſtitutionis nullum mendum ſubeſt, ad an. 1447. hæc Proceſſio revocari debet. Claudicare

(*a*) In lucubratione de Presbyterio pag. 140. & ſeq.
(*b*) P. I. pag. 100.
(*c*) Scriptor. rer. Italic. tom. III. P. II. pag. 1131.

Digitized by Google

care etiam videtur Stephani Inſſuræ narratio, quum ibidem ſcribat, Pontificem ea die in ædibus Cardinalis Capuani prandium ſumpſiſſe. Cardinalis Capuanus obiit die *tertia Aprilis* an. 1447. (*a*). At de his ſatis.

A. D. 1448.

IV. Hujuſmodi Proceſſio a BENEDICTO XIV. celebrata.

Eodem exemplo nuper Sanctiſſimus Pontifex BENEDICTUS XIV. anno ſui Pontificatus ſecundo, ad avertendas chriſtianæ Reipublicæ calamitates, & ad pacem inter chriſtianos Principes implorandam, ſolemnem Litaniam, ideſt Proceſſionem indixit, quæ die *Jovis* XXVI. *Aprilis* hujus anni 1742. magno apparatu, maxima cleri, omniumque ordinum, ac Romani populi frequentia peracta eſt, in qua ipſemet Pontifex, Cardinalium, Antiſtitum, familiarium Pontificiorum, ac nobilium ingenti comitatu, eximiam pietatem ac religionem præferens, ab Eccleſia S. Mariæ ſupra Minervam ad Eccleſiam S. Mariæ in Vallicella pedeſter inceſſit, Urbe tota commota, atque omnium animis in ſummam modeſtiam, venerationemque verſis.

V. Pacta conventa inter Jo. S. Angeli Card. Legatum & nationem Germanicam.

Nunc de ſchiſmate, & Germaniæ rebus eſt agendum. Ad Germaniam quod attinet, *Johannes S. Angeli* Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis in Germania Legatus, ſtipulatione confecta die XVII. *Februarii*, concordiam de re beneficiaria inter Apoſtolicam Sedem, ac Germanorum nationem iniit, qua controverſiæ, & querimoniæ omnes ſublatæ ſunt. Jampridem *Eugenii* IV. Pontificatu, Germaniæ proceres ſchiſmatis occaſionem nacti, ea da re conqueſti fuerant, & ab *Eugenio* Legati Cæſaris Romam miſſi (*b*) inter alia poſtulaverant, ut generale Concilium convocaretur, & nationi Germanicæ

(*a*) Diar. Conſiſtor. Jacobi Radulphi.

(*b*) Raynald. A. D. 1447. num. 1. & ſeq.

A. D. 1448. cæ de gravaminibus beneficiorum provideretur. Poſtulatis eorum *Eugenius* morti proximus aſſenſit, adnitente Æneа Sylvio, apud eundem *Eugenium* (*a*) Friderici Cæſaris tum extra ordinem Oratore. Pontifex vero, quum Germanorum petita in ipſo morbi æſtu confirmaſſet (*b*), ne quid detrimenti ob hujuſmodi conceſſionem Apoſtolicæ Sedi obveniret, publicis litteris edixit, noluiſſe ſe in iis, quæ reſponſa, conceſſave eſſent, Romanæ Eccleſiæ juribus quoquomodo nocere. Oratores vero Cæſaris promiſere (*c*), Romanorum regem, non ſolum deinceps ab *Eugenii* partibus futurum, verum etiam Principibus ac civitatibus mandaturum, ut ſe ſe pro eodem *Eugenio* Pontifice declararent: Legatum Apoſtolicæ Sedis honorifice, ut moris eſt, exceptum iri: Baſileenſi civitati Cæſarem juſſurum, ut ſalvus conductus revocaretur: Cæſarem denique ob recepta ab Apoſtolica Sede beneficia, et ſe interpoſiturum, ac auxilia daturum. Poſtquam ergo *Jo. Cardinalis* S. Angeli, Legatus a *Nicolao* miſſus, aliquandiu in Germania conſtitiſſet, pactiones cum Germanis de iis, quæ ad Eccleſiarum, monaſteriorum, aliorumque beneficiorum collationes, proviſioneſque ſpectabant, iniit die XVII. *Februarii* hujus anni, ac ipſius Romanorum regis, Legatique de latere ſigillis ſtipulationem ipſam muniendam eſſe decretum eſt.

VI.
Concordata nationis Germanicæ Apoſtolica auctoritate confirmantur.

Paullo vero poſt *Nicolaus* Pontifex conventiones, & pacta hujuſmodi Apoſtolico diplomate: *anno ab Incarnatione Domini* MCCCCXLVIII. XIV. *Kal. Aprilis*, *Pontificatus anno ſecundo* vulgato (*d*), ſcilicet anno a Chriſti nativitate 1448. die XIX. *Martii*, qua die Pontificatus annus ſecundus decurrere incipiebat, ſolemniter

(*a*) In Orat. ad Fridericum III. pag. 535. & ſeq.
(*b*) A. D. 1447. num. 1. & ſeq.
(*c*) Æneas Sylv. ut ſupra.
(*d*) Lib. II. ſecret. Nicolai V. pagina 203.

ter confirmavit. Et in hanc uſque diem pactiones ejuſmodi vim, & locum obtinent. *Cardinalis S. Angeli* cum natione Germanica *Concordata*, uti vocant, eorumque approbatio per *Nicolaum* v. Pont. Max. paſsim edita habentur. Quum vero pacta hæc Epiſcopi, aliique Germaniæ Antiſtites aliquando labefactare conati eſſent *Clementis* vii. Pontificatu, idem *Clemens* Pontifex, edita Conſtitutione die *prima Julii* an. 1534. irrita eſſe decrevit quæcumque a Germanis contra formam Concordatorum inter Apoſtolicam Sedem, & nationem Germanicam fierent. *Gregorius* etiam xiii. Pontifex Maximus aliam Conſtitutionem edidit, in qua ſtatuit, ne ordinarii beneficiorum collatores prætextu litterarum *Nicolai* v. beneficia Eccleſiaſtica conferrent poſt tres menſes, ex quo vacarunt, ſi de illis intra hoc tempus ab Apoſtolica Sede proviſum fuerit.

A. D. 1448.

Clemen. vii. & Greg. xiii. Sanctiones adverſus eorundem pactorum fractores.

VII. Fridericus Epiſcopus Baſileenſis cum clero & populo ſchiſmatis veniam petit, ac a perpetratis abſolvitur.

Ad Baſileenſes quod attinet, *Fridericus* hujus civitatis Epiſcopus, una cum clero & populo, poſtquam diu ſchiſma foviſſent, & ipſa civitas ſchiſmaticorum nidus ac officina fuiſſet, ad bonam frugem rediit, precatuſque eſt a Pontifice veniam per Oratorem Romam miſſum, qui coram Pontifice, & ſacro Cardinalium Senatu, *Nicolao* v. ut vero, & non ambiguo Pontifici omnium nomine obedientiam detulit: quamobrem Pontifex ſumma lætitia affectus, maximas immortali Deo gratias retulit, ac Epiſcopum, Baſileenſeſque cenſuris omnibus ſolutos eſſe, per Apoſtolicas litteras (*a*) die xxix. Junii decrevit. Male apud Raynaldum (*b*) exaratum eſt iiI. *Idus Julii*.

VIII. Schiſmaticorum Decretum apud Lauſanam.

At quid de Baſileenſi ſchiſmaticorum conciliabulo? Baſilea edicto Cæſaris ii menſe *Junio* (*c*) depulſi, exturbati-

(*a*) Lib. iiI. de Curia pag. 3.
(*b*) A. D. 1448. num. 1.
(*c*) Marten. Collect. ampliſſ. Anecdot. tom. viii. pag. 995.

A. D. 1448.

batique, *Lauſanam*, Helvetiorum ad lacum Lemanum civitatem conceſſere, ibique decretum, quod primum Lauſanenſis pſeudoſynodi dicitur, die XXIV. *Julii* condiderunt, in quo enarrant, juſſu Cæſaris a *Friderico* Baſileenſi epiſcopo, & conſulibus Baſileenſibus ſignificatum fuiſſe, ut inde abirent: quapropter *Lauſanam* delegerunt, ac declarant, Baſileenſem Synodum legitime tranſlatam eſſe: paratos eſſe præterea ad conciliandam Eccleſiæ pacem juxta formam Litterarum, ac Adviſamentorum, uti vocabant, in Diæta *Gebennenſi* menſe *Decembri* anni ſuperioris confectorum, ad *Galliæ*, *Caſtellæ & Legionis*, atque *Angliæ*, *Siciliæque* reges tranſmiſſorum. Quid in his *Adviſamentis*, ſeu pactionibus contineretur ignoramus, niſi fuerint fortaſſe, quæ Anglici oratores Romam Pontifici anno ſuperiori attulerunt; de quibus nos ſupra (*a*) mentionem fecimus. Scimus autem, *Lauſanæ* hoc anno conſediſſe ſchiſmaticos, atque inſequentis parte etiam, quo, Dei Omnipotentis miſericordia, ſchiſma deletum eſt.

IX.
Conſtitutio pro Salisburgenſi Eccleſia, ne quid juris detractum ſit, in electione Chimienſis, Seccovienſis, & Laventini Epiſcoporum, ob Germanica Concordata.

Antequam e Germania diſcedamus, hoc loco commemorare juvat Apoſtolicum *Nicolai* diploma hoc anno die prima *Novembris* Romæ *apud Sanctam Potentianam* datum (*b*), quo juribus, *Salisburgens* Eccleſiæ olim a Romanis Pontificibus collatis, conſuluit. Quum enim hoc anno, ut vidimus, pactiones de re beneficiaria inter Germanos editæ fuiſsent, & a *Nicolao* confirmatæ, ac in iis ſtatutum eſſet, ut poſt alicujus epiſcopi in Germania obitum Cathedrales Eccleſiæ virum idoneum ſibi in Epiſcopum præficerent, qui electionis confirmationem ab Apoſtolica Sede peteret, ac propterea *Fridericus* Archiepiſcopus *Salis-*

(*a*) An. 1447. §. XI. (*b*) Exſtat apud Merger lib. VI. pag. 999. & ſeq.

liſburgenſis metueret, ne jus eligendi, & inſtituendi Epiſcopos in Eccleſiis *Chiemenſi*, *Seccovienſi*, & *Laventina*, hujuſmodi pactionibus ſublatum eſſet, decernit Pontifex, nihil juris Archiepiſcopis Saliſburgenſibus ademptum fuiſse; quin declarat, ut iidem Archiepiſcopi, quibuſvis non obſtantibus, in memoratis Eccleſiis Epiſcopos eligere, inſtituere, & conſecrare poſſint, neque quomodolibet impediantur.

X. Cracovienſis Academia pervicax in agnoſcendo Pontifice. Academia Pariſienſis per legatos obedientiam præſtat.

In Poloniam tranſeamus. *Cracovienſis* Academia, de qua hujus anni initio meminimus, nondum menſe *Julio* a *Camerinenſi Epiſcopo* Apoſtolicæ Sedis Legato, ad agnoſcendum *Nicolaum Pontificem*, ut verum Chriſti Vicarium, flecti potuerat. Id teſtantur ipſius Academiæ litteræ datæ die XVI. *menſis Julii* (*a*) ad Academiam Pariſienſem. In his ſignificat, Academiam Concilio Baſileenſi adhæſiſſe, *Caſimirum* regem Oratores ad præſtandam obedientiam *Thomæ de Sarzana*, *quem Nicolaum Papam vocant*, miſiſſe: in Poloniæ regnum *Baptiſtam* Epiſcopum *Camerinenſem* cum poteſtate Legati de latere ad regem veniſſe: at eum minime receptum ab Academia; quare temeritatis ſummæ, ac ut Romani Pontificis contemtores, & ſchiſmaticorum omnes Academiæ Magiſtri a Legato coram rege arguebantur, ac pœnas temeritatis hujus luituros eſſe, minabatur. Præterea Legatus ajebat: *omnes chriſtianitatis reges dediſſe jam obedientiam Sanctiſſimo Domino noſtro Nicolao Papæ, ſed & Univerſitates omnes pro ipſo etiam ſe declaraverunt*, inter quas Pariſienſem etiam Academiam enumerabat. Ad hæc Cracovienſes Magiſtri a rege petierant, ut liceret Academiam Pariſienſem per litteras conſulere; at renuit Legatus: idcirco a rege, regnique proceribus deliberatum, ut a Legato, qui

 Ro-

(*a*) Apud Marten. in novo theſaur. Anecdot. tom. II. pag. 1751.

A. D. 1448. Romam erat profecturus, *Nicolaus* Pontifex conſuleretur: quidquid rex decreviſſet, ſe facturos. Rogant ergo Academiam Pariſienſem, num verum ſit, quod de ea teſtatus fuerat Legatus: rogant inſuper, ut ea de re ad *Caſimirum* regem ſcribat, ac ipſe etiam rex Francorum litteras ad *Caſimirum* regem mittat. Paruiſſe poſtmodum Cracovienſis Academiæ Magiſtros, quivis intelliget. Ipſa enim Academia Pariſienſis Nuncios Romam ablegavit, ad obedientiam *Nicolao Pontifici* deferendam. Narrat ſiquidem hujus Academiæ Hiſtoriographus (*a*), die XIII. menſis *Maii* an. 1449. lectas fuiſſe in Academicorum conventu *Nicolai* V. Rom. Pont. litteras a Donato de Puteo, Italo S. Theologiæ Doctore, uno ex Legatis, quos ad Summum Pontificem Academia legaverat ad congratulandum ei de ſua ad Apoſtolicam B. Petri ſedem aſſumptione: lectas quoque litteras ad ipſam Academiam per Patriarcham Antiochenum, ac cæteros Academiæ Nuncios, qui adhuc Romæ commorabantur, miſſas. Hinc decretæ ſupplicationes ad gratias immortali Deo agendas.

XI. Splendida Gallorum regis ad Nicolaum Pontif. legatio.

Interea *Carolus* Gallorum rex (quoniam *Amedeus* abdicandi ſpem fecerat) ſplendidiſſimam legationem ad *Nicolaum* Pontificem miſit; ac regionum Oratorum comitatui ſe adjunxere *Renati* Siciliæ regis, & *Ludovici Delphini* Viennenſis Legati. Solemni pompa Romæ ſunt excepti, quum jam Anglici Oratores abiiſſent, ſolemnique ritu (*b*) *Nicolao*, ut vero Chriſti Vicario obſequia, ac religionis officia præſtiterunt. Inter Legatos *Caroli* regis enumerantur *Jo. Juvenalis Urſinus* Archiepiſcopus Remenſis, *Elias* mox Epiſcopus Electenſis, *Guido* Ber-

(*a*) Gach. Bulæi. Hiſtor. Univerſit. Pariſien. tom. V. pag. 543.

(*b*) Monſtrelet. vol. 3. P. V. Guillelmus Paradin. Chronic. Saband. lib. III. cap. XXXVIII.

Bernardi Archidiaconus Turonenſis, Doctor *Courcelle-jus*, *Tanaquillus* de Caſtello, & *Jacobus* Coeur.

XII. Gallorum regi gratias agit ob legationem miſſam.

Nicolaus Pontifex, litteris Regi Francorum die IX. *Auguſti* (*a*) ſcriptis, gratias egit de inſigni ac magnifici apparatus legatione miſſa, qua ſplendidiorem ab hinc annis ſexaginta Romæ non meminerant. Scribit etiam, conſilia ſua eiſdem Oratoribus patefeciſſe, multa præſertim cum Archiepiſcopo Remenſi eſse collocutum de pace & unitate Eccleſiæ reddenda; quæ tamen non niſi anno inſequenti confici potuit.

XIII. Acta apud Pragenſes a Jo. Card. S. Angeli Legato.

Apud Germanos *Jo. S. Angeli* Cardinalis Sedis Apoſtolicæ Legatus, in Bohemiam profectus eſt, ut Huſſitarum, ac Taboritarum hæreſim evelleret, civileſque motus ſedaret. Pragenſes honorifice in eorum urbem (*b*) die prima Maii, Apoſtolis *Jacobo*, & *Philippo* ſacra, quæ fuit in pervigilio Aſcenſionis Dominicæ, obviam miſſis Legatis, eum receperunt. Bohemi coram Legato varia poſtularunt (*c*), quibus ab eo reſponſum eſt, rurſuſque Bohemi ad Legati reſponſa alia objecere, ex quibus conſtat, eos ad ſanam frugem redire paratos minime fuiſse. Bohemorum petita, ac reſponſa utrimque habes apud Cochlæum (*d*). In his, ut ſummatim aliquid dicamus, continebatur, ut a Legato, Bohemorum in ſolemni conventu de regni ſtatu, & de creando rege ab eis habito, *compactata* (ita enim illius conventus decreta ſunt appellata) rata haberentur, confirmarenturque. Præterea, ut *Johannes Rockyzana*, Huſſitarum ſignifer, a Baſileenſium Legatis, Pragenſis Eccleſiæ Ar-

(*a*) Concil. tom. XIII. pag. 1325.

(*b*) Jo. Cochlæus Hiſtor. Huſſitar. lib. X.

(*c*) Ibid. & Æneas Sylv. Hiſtor. Bohem. cap. XLII.

(*d*) Ut ſupra.

A. D. 1448.

chipræſul deſignatus, Apoſtolica auctoritate eidem Eccleſiæ præficeretur. Legatus ad hæc, poſtquam reſponſum aliquantiſper diſtuliſset, Bohemos hortatus eſt, ne *Ladislaum* regem paterno regno exuerent, immo vectigalia, & prædia Pragenſi Archiepiſcopo uſurpata reſtituerent. At Bohemi inſtantius coram Legato urgere, ut *Rockyzana* Pragenſi Eccleſiæ admoveretur. Eorum poſtulatis minime aſsenſus eſt Legatus, quare Praga die XXI. *Maii* diſceſſit. Ferunt autem (*a*), dum Legatus Pragæ moraretur, *Rockyzanam* ad publicam de rebus fidei diſputationem coram Legato provocaſse. Quum vero ſtatuta die ad diſputationis locum ventum eſset, *Rockyzana* ab his verbis: *Æterni patris verbum*, exorſus, obmutuit, nec ultra progredi, quamvis iterum, ac ſæpe conatus potuit. Toto cœtu obſtupefacto, tum *Johannes* Card. Legatus, ab eiſdem verbis initium ſumens, multa omnium admiratione diſseruit, ita ut plerique reſipiſcerent. Alii Huſſitarum factionis (*b*) ſcribunt, Legatum Rockyzanæ hoc tantummodo verbum, *Crede*, ſemper inculcaſse, & *Rockyzanam* ſemper reſpondiſse: *Proba*.

Rockyzana ad diſputandum provocans, ultione divina coram Legato obmuteſcit.

XIV.

Praga proditione Huſſitarum capitur. Rockyzana jus Archiepiſcopi Pragenſis ſibi arrogat.

Simul ac Legatus ex Pragenſi urbe diſceſſit, Huſſitæ in *Mainardum* regni Bohemici adminiſtratorem, & catholicæ religionis ſtudioſiſſimum conjurant, & *Georgio Podielmatio* (*c*) Huſsitarum propugnatori, Pragam proditione tradunt, *Mainardum* capiunt, & abducunt, qui non ita poſt vita migravit. Tum Rockyzana faſtu elatus, jus poteſtatemque Archiepiſcopatus Pragenſis temere ſibi ſumpſit.

Ab

(*a*) Jacobus Card. Papien. in Commentar. lib. VI.

(*b*) Theobald. cap. XVII.

(*c*) Cochlæus lib. X. pagina 360. 361. Æneas Sylv. Hiſtor. Bohem. cap. XLIII.

A. D. 1448.

XV.
Bellum ſacrum adverſus Turcas a Jo. Huniade ſuſceptum. Noxarum veniam pleniſſimam ad bellum euntibus Pontifex concedit.

Ab inteſtino Bohemorum bello ad aliud, quod in Pannonia pro re chriſtiana adverſus Turcas inſtruebatur, tranſeamus. *Johannes Huniades*, qui rerum ſummam in Pannonia adminiſtrabat, bellum totis viribus parabat adverſus Turcas, ut ab eorum tyrannide finitimas provincias in libertatem vindicaret. Hujus pia conſilia *Nicolaus* Pontifex collaudans, ut ſacram expeditionem promoveret, Chriſtifideles publicis litteris (*a*) die VIII. & XII. *Aprilis* hujus anni datis, hortatus eſt, ut alacriter ad hujuſmodi bellum proficiſcerentur, militibuſque omnibus pleniſsimam delictorum veniam largitus eſt. Prœlium inter utrumque exercitum *in campo Merulæ* (*b*) commiſsum fuit, antequam Georgius Scanderbecus Macedoniæ Princeps copias ſuas cum exercitu chriſtianorum conjungeret. Victoriam Amurates, quamvis cruentam, eſt adeptus. Ex Turcis trigintaquatuor millia, e chriſtianis vero octo millia tantum cæſa dicuntur. *Huniades* fuga lapſus, ſuperatis inſidiis periculiſque, tandem incolumis ad ſuos in Pannoniam pervenit.

XVI.
Delictorum venia data militantibus adverſus Granatenſes Mahometanos. Anathema inflictum auxilia iiſdem Mahometanis ferentibus.

Sacrum aliud bellum hoc anno in Hiſpaniis a *Johanne Caſtellæ* rege adverſus Granatenſes Mahometanos geſtum eſt. Iis vero, qui ob eam rem militiæ nomen dediſſent, a delictis veniam ampliſsimam *Nicolaus* Pontifex per Apoſtolicas litteras (*c*) die XXIX. *Junii* evulgatas conceſsit. Contra vero adverſus eos, qui eiſdem Mahometanis auxilium, aut favorem præberent, anathema inflixit. Idem aliis litteris (*d*) die XXX. *Maii* ſanxerat contra communionem habentes cum Paganis, & Saracenis, & pactiones, conſpirationes, & tractatus cum iis firmantes.

Duos

(*a*) Lib. IV. Secret. pag. 160. & lib. II. de Curia pag. 14.
(*b*) Bonfin. rer. Hung. Decad. III. lib. VII. Æneas Sylvius de Europa cap. VI.
(*c*) Lib. III. Secret. pag. 70.
(*d*) Ibid.

A. D. 1448.

XVII.
Legati Apoſtolicæ Sedis in Ciſalpina Gallia, & ad Alphonſum regem creati.

Duos hoc anno Legatos pro Italicis rebus Pontifex creavit, nimirum *Henricum* Cardinalem *S. Clementis*, *Mediolanenſem* nuncupatum, quem Apoſtolicæ Sedis Legatum in Ciſalpina Gallia, quam Langobardiam vocant, die VI. *Septembris* (*a*) dixit, & *Antonium* Cardinalem *Meſſanenſem*, *S. Chryſogoni* appellatum, quem die *prima Auguſti* (*b*) ad *Alphonſum* Aragonum regem ad componenda cum Florentinis diſsidia deſtinavit. At in *Antonii Cardinalis Meſſanenſis* locum, quod aliis forte curis impeditus eſset, *Johannes* Cardinalis *Morinenſis* eſt ſubrogatus.

XVIII.
Jo. Card. Morinenſis Legatus ad pacandum Alphonſum regem cum Florentinis. Fœdus inter Pontificem & Senenſes renovatum.

Itaque ad pacem, concordiamque inter *Alphonſum* Aragonum & Siciliæ regem, ac *Florentinos*, eorumque ſocios, Legatum de latere hoc anno die XXX. *Auguſti* (*c*) Pontifex deſignavit *Johannem tit. S. Laurentii in Lucina*, Cardinalem *Morinenſem* nuncupatum. Hæc autem pax Pontificis opera potiſsimum confecta eſt, qui, explorata prius (*d*) *Alphonſi* voluntate, eoque ad concordiam inclinante, *Florentinos* hortatus eſt, ut Oratores Neapolim mitterent, qui prius ad Pontificem profecti, deinde Neapolim, *Johanne* Cardinali *Morinenſi* Legato curante, pacem compoſuere. Inter cætera fœderi illud eſt additum, ut ſi qua deinceps diſsenſio, diſcordiave ex quavis cauſsa inter regem, & *Florentinos* oriretur, ejus cognoſcendæ jus, arbitriumque penes tantum *Nicolaum* Pontificem eſset, ad quem omnium controverſiarum provocatio fieret: nulli præterea liceret alterum armis inceſsere, aut bello appetere non expectato Pontificis decreto, aut ſententia. Paullo ante, ſcilicet die

[*a*] Lib. I. Offic. pag. 101.
[*b*] Ibid. pag. 198.
[*c*] Lib. II. de Curia pag. 210.
[*d*] Poggius Hiſtoriæ Florentinæ lib. VIII. pag. 365. 366.

die IV. *Auguſti* (*a*) fœdus inter S.R.E., & Senenſes initum, ratum Pontifex habuit, pactaque fœderis, ſe ſervaturum pollicitus eſt.

XIX. **Ne Latini in regionibus Græcorum degentes, Græcorum ritus uſurpent.**

Neque curas, ſtudiumque de Græcorum ac Latinorum ritibus Pontifex intermittebat. Vetuit namque Apoſtolica ſanctione data *Romæ apud S. Potentianam* (*b*) die VI. *Septembris*, ne Latini, qui in Græcorum regionibus, in quibus Latini Principes ditionem & imperium obtinebant, commorarentur, Græcos ritus nullo modo uſurparent, ſed Latinum ritum retinerent.

XX. **Errores in Burgundia exorti. Iis tollendis quid actum a Pontifice ſit.**

In Burgundia nuper novi errores ſuper Indulgentiis, de peccatorum remiſſione, deque Eccleſiæ clavibus exorti erant. Hæc quum Pontifex intellexiſſet, ad hujuſmodi errores tollendos, ac de iis inquirendum, negocium *Johanni Cabiloncnſi*, & *Antonio Sidonienſi* Epiſcopis per Apoſtolicas litteras (*c*) die *prima Junii* datas commiſit.

XXI. **Bononienſis gymnaſii Magiſtris jura, & præmia confirmantur.**

Nunc ſermo erit de iis, quæ Pontifex gratificandi voluntate Academiis, & populis, ac Regularium cœtui conceſſit. Atque in primis Magiſtris, & Doctoribus gymnaſii Bononienſis (*d*) jura & regalia ex introitibus publicis civitatis Bononienſis eiſdem perſolvenda, ac ſervanda eſſe, per Apoſtolicas litteras die XXII. *Aprilis* datas juſſit. Alio Pontificio diplomate die prima *Auguſti* dato, (*e*) Magiſtrorum, ſeu Lectorum numerum in omnium diſciplinarum genere conſtituit, aliaque pro bono ejuſdem regimine definienda ac ſtatuenda *Beſſarioni* Cardinali *Nicæno* commiſit. Alumnis ejuſdem gymnaſii pauperibus,

Magiſtrorum numerus præfigitur.

[a] Lib.II. de Curia pag.147.
[b] Lib.XXII. Bullar. pag. 229. & apud Raynald. A. D. 1449. num.10.
[c] Lib.III. Secret. pag.73.
[d] Lib.II. de Curia pag.26.
[e] Lib.X. Secret. pag.107.

A. D. 1448.

Cantabrigenſe collegium privilegiis a Pontifice donatum.

Conſtitutiones Provinciæ, Marchiæ Anconitanæ approbatæ.

Privilegia Fratribus Ordinis B. Mariæ de Mercede conceſſa.

Provinciales Minoritarũ S. Franciſci triennio tantum id muneris exerceant.

Privilegia Britanniæ Duci confirmata.

Incolis ab arcu S. Viti ad Baſilicam Liberianam immunitas a vectigalibus data.

bus, & egenis, aliis litteris diei VIII. *Novembris* (*a*) decrevit, ut gratis *Doctoratus* gradus conferretur. *Cantabrigenſe* collegium Elienſis diœceſis ab *Henrico* IV. Anglorum rege excitatum, Apoſtolico diplomate (*b*) die VIII. *Junii* privilegiis ornavit. Leges & Conſtitutiones Picentium, ſeu Marchiæ Anconitanæ, jampridem a Romanis Pontificibus, & præſertim a *Johanne* XXII. anno ſui Pontificatus IV. editas, Apoſtolicis litteris (*c*) die VIII. *Julii* approbavit. Univerſos fratres Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum, *Alphonſo* Aragonum rege deprecante, (*d*) Apoſtolica auctoritate die IX. *Auguſti* ab Epiſcoporum, & Prælatorum ſubjectione exemit. Statuit etiam Apoſtolicis litteris (*e*) die XXIII. *Decembris*, ut Provinciales Minoritæ S. Franciſci triennio tantum hoc munere fungerentur. Privilegia a Romanis Pontificibus, & Galliarum regibus Britanniæ Ducibus pridem conceſſa, *Franciſco* Britanniæ Duci noviſſimo, litterls datis (*f*) die VI. *Julii* confirmavit. Denique in Urbe ſacra, qui regionem montium incolerent ab arcu S. Viti in macello martyrum uſque ad aream Baſilicæ Liberianæ, a vectigalium ſolutione immunes eſſe voluit, litteris Apoſtolicis (*g*) die XXI. *Auguſti* datis.

XXII. *Cardinalium creatio.*

Extremo hujus anni, nimirum XIII. *Kal. Januarii* (*h*), hoc eſt die *Veneris* XX. *Decembris* in pervigilio S. Thomæ Pontifex *Nicolaus* omnium Cardinalium conſenſu inter S. R. E. presbyteros Cardinales *Aſtorgium Agneſium Archiepiſcopum Beneventanum*, *Latinum Urſinum Archiepiſcopum Tranenſem*, *Alanum Epiſcopum Avenionenſem*, *Johannem Æduenſem Epiſco-*

[*a*] Lib. II. de Curia pag. 275.
[*b*] Ibib. pag. 75.
[*c*] Lib. II. de Curia pag. 81.
[*d*] Lib. II. Secret. pag. 166.
[*e*] Lib. IV. Secret. pag. 128.
[*f*] Lib. III. Secret. pag. 121.
[*g*] Lib. II. de Curia pag. 196.
[*h*] Diar. Conſiſtor. Jacobi Radulphi.

A. D. 1448.

ſem Epiſcopum, *Philippum Bononienſem Epiſcopum*, & *Nicolaum de Cuſa Archidiaconum Brabantiæ* in Eccleſia Leodienſi, cooptavit. Decrevit autem eodem tempore Pontifex, ut iidem & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & Eccleſiarum prædictarum Archiepiſcopi & Epiſcopi, uti ante creationem, & aſſumptionem hujuſmodi fuerant, eſſent, ac beneficia quæcumque antea poſſidebant, in futurum tenerent. *Quos quidem Cardinales*, inquit Jacobus Radulphi, *idem Sanctiſſimus D. Noſter in Conſiſtorio generali die Sabathi nunc ſequenti publicando pro aſſumptis nominabit*. Non omnes, cum creati ſunt, Romæ erant.

A. D. 1449.

I. Aſſignatio titulorum novis Cardinalibus facta.

DIE vero *Veneris*, *tertia* menſis *Januarii* ineuntis anni 1449. (*a*) Pontifex in Conſiſtorio ſecreto novis Cardinalibus a ſe nuper creatis titulos presbyterales aſsignavit, videlicet: ASTORGIO *Archiepiſcopo Beneventano tit. S. Euſebii*, LATINO *Archiepiſcopo Tranenſi tit. SS. Johannis & Pauli*, ALANO *Epiſcopo Avenionenſi tit. S. Praxedis*, JOHANNI *Epiſcopo Æduenſi titulum S. Stephani in Cœlio monte*, PHILIPPO *Epiſcopo Bononienſi titulum S. Suſannæ*, NICOLAO *de Cuſa titulum S. Petri ad vincula*.

II. Aperitio oris novis Cardinalibus non uno eodemq; tempore facta. Nonnulla de hujuſmodi ritu explicantur.

Eadem die Pontifex aperuit os *Latino Urſino*, & *Alano Avenionenſi* Cardinalibus. Aliis autem aperitio oris alio tempore facta eſt, nimirum *Aſtorgio* Archiepiſcopo *Beneventano* die IX. menſis *Junii*, Spoleti: *Philippo* Epiſcopo *Bononienſi* die XXV. *Julii*, Fabriani, ut Jacobus Radulphi in Diario Conſiſtoriali litteris tradidit.

[*a*] Diar. Conſiſtor. Jacobi Radulphi.

Digitized by Google

A. D. 1449.

Notandum illud quoque quod noſtra ætate fieri non conſuevit, Cardinalibus abſentibus tum a *Nicolao* creatis titulum fuiſse aſsignatum. Certe aberat *Nicolaus de Cuſa*, cui tamen *titulus S. Petri ad Vincula* fuit aſsignatus. Aberat *Johannes* Epiſcopus *Æduenſis*, qui *tituli S. Stephani in Cælio monte* presbyter Cardinalis dictus eſt. In Romanis Ordinibus (*a*) hæc legimus: *Papa vero ſingulis novis Cardinalibus, die, qua eis os aperuit, dare conſuevit titulos, & anulos in fine Conſiſtorii*. Mox tamen habetur (*b*): *Attendendum etiam quod Dominus Papa tunc præſentibus omnibus Cardinalibus ordinat, quod titulos habere debeant novi Cardinales abſentes, ut inde ſollicitudo tollatur*. Eadem ferme leguntur in vulgato Cæremoniali S. R. E. (*c*): *Datis*, inquit, *anulis, & titulis Cardinalibus præſentibus, conſuevit etiam Pontifex ad contentiones tollendas etiam dare titulos Cardinalibus abſentibus, ſi qui ſint noviter creati*. Os Pontifex novis Cardinalibus (*d*) claudere dicitur, cum eis inhibet, ne quid loquantur in Conſiſtorio, aut in Cardinalium cœtibus, quouſque de conſilio fratrum os eis aperiendum duxerit. Os autem aperire dicitur (*e*), quando eis indulget, ut in Conſiſtoriis, aliiſque Cardinalium conventibus ſententiam dicant; idque ex Pontificis arbitrio pendet. Extra Conſiſtorium etiam *aperitio oris*, *traditio anuli*, & *tituli* olim fieri conſuevit, ut Jacobus Cajetanus Diaconus Cardinalis (*f*) monet. De Cardinalium creatione a *Nicolao* facta coævi Scriptores (*g*) meminere. Manettus vero de ea hæc in litteras (*h*) retulit: *Itaque tribus prioribus menſibus, & de*

Manetti locus, & Ciaconius de Cardin. a Nicolao creatis expenditur.

[*a*] Ord. Rom. XIV. cap. CXVI. pagina 430.
[*b*] Ibid. pag. 431.
[*c*] Lib. I. cap. XII I
[*d*] Ibid. cap. X.
[*e*] Ibid. cap. XI.
[*f*] Ord. Rom. XIV. cap. CXVI. pagina 431.
[*g*] Platina in Vita Nicolai V. Æneas Sylvius de Europa cap. LVIII.
[*h*] In Vita lib. II pag. 922. 923.

& de conſervatione pacis, & de externarum terrarum inſtitutione, & de urbanorum vectigalium ordinatione ſpecioſiſſime ordinatis, quum principale Sedis Apoſtolicæ collegium, quod novo, & non priſco nomine, Cardinalium nuncupatur, per mortem nonnullorum collegarum aliqua reformatione indigere intelligeret, cum ut eum ordinem reformaret, tum etiam ut quibuſdam excellentibus viris ingentia illa beneficia conferret, octo ſingulares præſtantiſſimoſque homines diverſis temporibus ad eam dignitatem non injuria promovit. PHILIPPUM *namque uterinum fratrem ſuum, ceu antea diximus,* LATINUM *Urſinum,* ALANUM *Avenionenſem,* ANTONIUM *Ilerdenſem,* JOHANNEM *Eboracenſem,* SBIGNEJUM *Cracovienſem,* JOHANNEM *Æduenſem, &* NICOLAUM *Cuſenſem diverſorum titulorum Cardinales non immerito creavit.* Hæc Manettus, cujus teſtimonium, licet longiuſculum, ideo retulimus, ut ei lucem quandam, & medicam manum adhiberemus; nam *ſeptem* tantum, non *octo* S.R.E. Cardinales a *Nicolao* Pontifice creatos novimus. Manettus *octo* enumerat, quia *Sbignejum* Cracovienſem inter hos collocat, quem Cardinalem creatum ab *Eugenio* IV. vidimus, dignitati vero a *Nicolao* reſtitutum. *Antonium tit. S. Chryſogoni*, qui primus omnium Cardinalis creatus eſt, ac tum Meſſanenſis Archiepiſcopus erat, ab *Ilerdenſi* Epiſcopatu, ad quem poſtea translatus eſt, *Ilerdenſem* tantum appellat. *Johannem Eboracenſem* recenſet, forte memoriæ lapſu; nuſquam enim eum inter Cardinales relatum a *Nicolao* legimus, niſi deſignare velit *Johannem* Archiepiſcopum *Tarantaſienſem*, a *Felice* Antipapa creatum, quem *Nicolaus* una cum duobus aliis pſeudocardinalibus Sacro Patrum collegio accenſuit, qua de re infra. *Aſtorgium* denique *Beneventanum* Archiepiſcopum omnino prætC-

 rit.

A. D. 1449. rit. Raynaldus quoque in Annalibus (*a*), primas Ciaconii editiones ſecutus, in aſſignandis diebus, quibus Cardinalium creatio a *Nicolao* Pontifice facta eſt, ceſpitat. Scribit enim, Ciaconium auctorem præferens, *Antonium* Archiepiſcopum *Meſſanenſem*, creatum XIII. *Kal. Aprilis*, ideſt die xx. *Martii* an. 1448. Reliqui vero ſex creati ſunt, inquit ex eodem Ciaconio, die XIII. *Januarii* an. 1449. Utrimque mendoſe. In Ciaconii noviſſima editione (*b*) recte *Antonius Meſſanenſis* creatus dicitur die XVI. *Februarii* an. 1448. reliqui vero die xx. *Decembris* ejuſdem anni.

III. Obitus Cardinalis Tarentini, & Card. S. Pauli.

Paucis diebus poſt hanc Cardinalium creationem menſe *Januario* hujus anni, una eademque die, ſcilicet die *Martis* XXI. *Januarii* duo S. R. E. Cardinales deceſſere. Romæ quidem *Johannes* Epiſcopus *Præneſtinus*, Cardinalis *Tarentinus* vulgo nuncupatus. *Neapoli* vero *Johannes* tituli *S. Sabinæ* presbyter Cardinalis, *Sancti Pauli* vulgo dictus (*c*).

IV. Indictio Jubilei pro anno Sanctiori.

Ad alia *Nicolai* geſta properemus. Anni Sanctioris, quo cæleſtes theſauri Chriſtifidelibus religionis ergo ad urbem ſacram confluentibus aperiuntur, anno proximo celebrandi tempus imminebat. Itaque Pontifex Conſtitutione edita die XIX. *Januarii* (*d*) hujus anni, quæ incipit: *Immenſa innumerabilia*, univerſos Chriſtifideles monuit, ut ad Apoſtolorum limina venirent, pleniſſimam omnium delictorum veniam lucraturi, ſi certis modis & formis Baſilicas *Beatorum Apoſtolorum Petri*, & *Pauli*, *Conſtantinianam*, & *Liberianam* ſtatis vicibus devote viſitarent. Litteras *Bonifacii* VIII. de inſtitutio-

(*a*) Ad an. 1455. num 14.
(*b*) Vit. Rom. Pont. tom. II. pagina 969.
(*c*) Diar. Conſiſtor. Jacobi Radulphi.
(*d*) Lib. III. Bullar. de Curia pag. 106.

tutione anni Jubilei, & *Clementis* VI. qui ad annum *quinquageſimum* eandem celebritatem affixit, & *Gregorii* XI. qui Baſilicam *Liberianam* una cum aliis Beatorum Petri, & Pauli, & Conſtantiniana Baſilicis viſitandam præſcripſit, commemorat, innovat, & approbat. Deinde *Jubileum* indicit, atque vulgat: *decernimus*, inquit, *ſtatuimus, & ordinamus, ut omnes Chriſtifideles, qui vere pœnitentes & confeſſi, juxta formam in ipſis litteris comprehenſam, in anno Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti* MCCCCL. *proxime ſecuturo præfatas Sanctorum Apoſtolorum Baſilicas, & Lateranenſis, & Beatæ Mariæ majoris Eccleſias viſitaverint, Indulgentiam pleniſſimam conſequantur*. At de anni Sanctioris celebritate plura anno inſequenti.

V. *Inquiſitio de vita & miraculis Bernardini Senenſis nonnullis Cardinalibus delegata.*

Ne temporis ratio perturbetur nonnulla hoc loco ſunt collocanda. Atque in primis commemorandæ Pontificis litteræ die XXXI. *Jan.* (*a*) latæ, quibus rurſus de vita & miraculis *Bernardini* Senenſis Minoritæ inquirendi munus mandavit *Beſſarioni tituli* XII. *Apoſtolorum*, loco *Johannis* Epiſcopi *Præneſtini*, *Guillelmo tit. S. Martini in montibus*, & *Petro S. Mariæ novæ Diacono Cardinalibus*. Hujuſmodi inquiſitiones, enixe petentibus *Aquilanis*, *Senenſibus*, & *Alphonſo* Aragonum rege, habendas etiam juſſerat A.D. 1445. *Eugenius* IV. (*b*), eaſque tribus S.R.E. Cardinalibus commiſerat. His poſtmodum rite maturiterque diſcuſſis, *Bernardinus* a *Nicolao* Pontifice in Sanctorum album anno inſequenti relatus eſt.

VI. *Manichæorum hæreſis in Boſnia renata.*

Manichæorum hæreſis in *Boſnia* iterum recrudeſcebat; quare Pontifex illius evertendæ cauſſa ampliſſima pote-

(*a*) Regeſt. IV. de Curia pag. 115. Vvading. an. 1449. num. VII.

(*b*) Apud Raynald. ann. 1445. numer. 27.

A. D. 1449.

Epiſcopo Pharenſi ad eam convellendam negocium datum.

poteſtate per litteras Apoſtolicas hoc anno die *prima Februarii* (*a*) editas *Thomam Pharenſem* Epiſcopum communiit. *Thomas Pharenſis* Epiſcopus, ut antea diximus (*b*), in *Boſniam*, & *Croatiam* ad Manichæorum errores exſcindendos ablegatus fuerat. Romam reverſus, Pontifici ſignificavit, adeo regiones illas Manichæorum tabe infectas eſſe, ut ad eam propulſandam, ſumma vi enitendum eſſet: idcirco Pontifex eundem Epiſcopum Legationis iterum obeundæ poteſtate donavit, & Chriſtifideles ad arma adverſus eoſdem hæreticos ampliſſimis Indulgentiarum præmiis excitavit. Illud etiam ejuſdem Legati poteſtati additum, ut Indulgentias elargiri poſſet quovis modo regni Boſniæ hæreticos impugnantibus. Aliis inſuper litteris (*c*) eidem *Thomæ* mandavit, ut *Stephanum Vaivodam*, regis Boſniæ ſocerum, niſi hæreticorum errores abjiceret, hæreticorum pœnis plecteret.

VII.

Camerinenſes a perduellionis crimine abſoluti.

Dulcius Anguillariæ Comes, & Nepeſini a defectionis crimine ſolvuntur.

Urſino de Urſinis ignoſcit.

Per eos dies erga civitates, populos, ac potentiores aliquot ditionis Eccleſiaſticæ dynaſtas, & mitem, benevolum, clementemque ſe Pontifex oſtendit. Nam *Camerinenſes* a perduellionis, ac læſæ majeſtatis crimine die XXXI. *Januarii* (*d*) abſolvit. *Dulcium Anguillariæ Comitem*, ac *Nepeſinos* cives perduellionis crimine damnatos, die XII. *Februarii* (*e*) in Sedis Apoſtolicæ clientelam recepit, & a perpetratis abſolvit. *Urſino de Urſinis*, qui in civitatem *Nepeſinam*, & finitima eidem oppida ſævierat, ad obedientiam reverſo, delicti gratiam die XXVI. *Februarii* (*f*) fecit.

VIII.

Lambertinæ familię hoſpitia Podii Rognatici, & Caprariæ confirmat.

Erga eos vero, qui nullius criminis conſcii erant, immo beneficia promeriti, privilegiorum gratia uſus eſt. Nam

(*a*) Lib. XXV. epiſt. Cur. Nicolai V. pag. 97.
(*b*) Supra ad an. 1447. §. XLVI.
(*c*) Lib. XXV. epiſt. Cur. ut ſupra.

(*d*) Regeſt. 1. Secret. de Curia pag. 67.
(*e*) Reg. III. Sec. de Curia p. 145.
(*f*) Regeſt. 1. Sec. de Curia pag. 63.

Digitized by Google

A. D. 1449.

Nam *Ægano*, *Ulyſſi*, & *Guidantonio* ex clariſſima inter Bononienſes Lambertinorum gente die XVIII. *Februarii* (*a*) hoſpitium quoddam in oppido, ſeu terra *Podii Rognatici*, *&* *Caprariæ*, ac *Rognatici* ab Apoſtolicæ Sedis Legatis conceſſum, eis confirmavit. *Nello de Balleonibus* Peruſino Præfecturam, ſeu Vicariatum caſtrorum *Spelli* Spoletanæ diœceſis, & *Collazonis* Tudertinæ diœceſis, beneficiario jure die XXVI. *Februarii* (*b*) contulit.

Nello de Balleonibus nonnulla caſtra confert.

IX.

Schiſma penitus ſublatum. Qua ratione finis ejus a quibusdam narretur.

Finis tandem diuturno ſchiſmati, quo jamdiu conflictata eſt Romana Eccleſia, divini numinis providentia, ac *Nicolai* Pontificis ſapientia, piorumque Principum ope hoc anno eſt impoſitus. Qua ratione id factum ſit, ex Actis quæ vulgo circumferuntur, primo exponemus; deinde ex Pontificiis tabulis rei ſeriem dabimus. Miſſi *Lauſanam* a *Carolo* Francorum rege fuerant viri aliquot graves e regio Senatu pro pace Eccleſiæ concilianda, nimirum *Jacobus* Patriarcha *Antiochenus* & Epiſcopus *Pictavenſis*, *Elias* Epiſcopus *Electenſis*, *Johannes* Comes *Dunenſis*, *Jacobus Cueur*, *Guido Bernardus*, *Johannes le Bourſier*, *&* *Thomas de Corſellis*. In his erat *Alphonſus Segura* Decanus Toletanus, *Nicolai* Pontificis Orator. Hi ſæpe cum *Amedei* fautoribus in colloquium congreſſumque venerunt, exceptiſque *Amedei* poſtulatis, promiſere, tres Bullas, ſeu Conſtitutiones Apoſtolicas, infra menſem *Julium* a Pontifice ſe impetraturos, quarum prima de abolitione cenſurarum incipiet a verbis: *Tanto nos* &c. ſecunda de confirmatione geſtorum Baſileenſis & Lauſanenſis Concilii, cujus initium erit: *Ut pacis* &c. tertia vero de reſtituendis honoribus ac dignitatibus iis, qui privati fuerant, cujus exordium erit: *A pacis auctore* &c. Hæc iidem regis Galliarum Oratores teſtantur in encyclica epiſtola data *Lauſanæ* die IV. *Apri-*

(*a*) Regeſt. I. Secret. pag. 217. (*b*) Ibi. pag. 212.

Digitized by Google

A. D. 1449. IV. *Aprilis* an. 1449. quam in lucem emiſit ex ſchedis Comitis Herovalii Lucas Dacherius, & ex eo in Acta Conciliorum (*a*) tranſtulit Labbeus. Die inſequenti *quinta Aprilis Amedeus*, qui & *Felix* V. a ſuis dicebatur, ad abdicandum paratus, diploma edidit, *Lauſanæ Nonis Aprilis* an. 1449. datum (*b*), quo cenſuras omnes contra *Eugenium* IV. & contra eidem *Felici* non adhærentes inflictas abrogat, quemadmodum in primo Lauſanenſis Concilii decreto factum erat. Eadem die *Amedeus* aliud diploma emiſit (*c*), quo electiones omnes, privilegia, & cætera id genus a ſe collata, valitura eſſe decernit. Abdicaſſe dicitur *Amedeus* die VII. *Aprilis*, ut narrat Cornelius Zantflietus in Chronico (*d*), ubi *Amedei* diploma ea de re profert: *datum Lauſanæ* VII. *Idus Aprilis, anno a Nativitate Domini* 1449. *Pontificatus nono*. Lauſanenſe conciliabulum poſt *Felicis* abdicationem decretum edidit die XVI. *Aprilis* (*e*), quo nullas eſſe declarat cenſuras, excommunicationes, & privationes &c. contra *Eugenium* Papam IV. & contra *Felici* non adhærentes promulgatas. Eadem die aliud ejuſdem conciliabuli decretum (*f*) prodiit, quo rata haberi ſtatuit, quæ ſchiſmatis tempore acta ſunt. Circumfertur etiam *Nicolai* V. epiſtola ad omnes fideles (*g*) ſuper extinctione ſchiſmatis: *data anno Incarnationis Dominicæ* 1448. XV. *Kal. Februarii*, *Pontificatus anno ſecundo*, quod eſt a Chriſti natali an. 1449. die XVIII. *Januarii*, qua omnia contra Baſileenſe Concilium, & *Felicem* acta & decreta ab *Eugenio* IV., nullum effectum ſortiri debere declarat, ſed haberi perinde ac ſi nullatenus emanaſſet, & ex Regeſtis ipſius *Eugenii* eſſe expuenda. Omnes & ſingulos, ac civitates

(*a*) Concil. tom. XIII. pag. 1333.
(*b*) Ibid. pag. 1344.
(*c*) Ibid. pag. 1345.
(*d*) Apud Marten. in Collect. ampliſſ. Anecdot. tom. V. pag. 467.
(*e*) Concil. tom. XIII. pag. 1335.
(*f*) Ibid. pag. 1336.
(*g*) Ibid. pag. 1323.

Digitized by Google

A. D. 1449.

tates ipſas honoribus, ac dignitatibus reſtituit. Verum hujuſmodi *Nicolai* litteras ſpurias, & commenticias eſſe, ex his, quæ mox dicturi ſumus, facile apparebit. Circumfertur & aliud Synodi Lauſanenſis decretum die xxv. *Aprilis* datum (*a*), quo *Amedeus* poſt abdicationem, *Sabinenſis Epiſcopus*, & S. R. E. *Cardinalis primus*, & in Ducatu Sabaudiæ, Pedemontio, Montisferrati, & Salutiarum Marchionatibus, in Comitatu Aſtenſi, in Provincia Lugdunenſi citra Sagonam, Auguſtenſi, Lauſanenſi, Baſileenſi, Argentinenſi, Conſtantienſi, Curienſi, & Sedunenſi civitatibus, earumque diœceſibus, *Legatus & Vicarius perpetuus* creatur; ac primus poſt Romanum Pontificem ei locus decernitur.

X. Vera de aboſitione ſchiſmatis ex Nicolai v. Regeſtis narratio.

At vera de *Amedei* abdicatione, deque Synodi Lauſanenſis Actis narratio, ex ipſiuſmet *Nicolai* Regeſtis petenda eſt, ex quibus ordo rerum ita recenſetur. *Amedeus* Pontificatu abdicavit die VII. *Aprilis* (*b*), edito diplomate, *Lauſanæ* dato *an. a Nativitate Chriſti* 1449. VII. *Idus Aprilis*, quare mendoſe Raynaldus (*c*) XIII. *Kal. Maii* exſcripſit. Fatetur in eo diplomate, ſe Concilio Baſileenſi interfuiſſe, ac eidem adhæſiſſe: narrat, precibus Gallorum, Angliæ, & Siciliæ regum, ſibi quotidie oblatis, ac pro bono Eccleſiæ pacis, in Lauſanenſi Synodo coram ejuſdem Synodi patribus Papatui ceſſiſſe, ac renunciaſſe. Ad hæc Synodus Lauſanenſis die XIX. *Aprilis* (*d*) ceſſionem, & renunciationem hujuſmodi admiſit, approbavitque: *Nicolaum* v. verum eſſe Pontificem, ac ab omnibus reputari debere decrevit: mox die xxv. *Aprilis* (*e*) decretum de diſſolutione Concilii Baſileenſis emiſit, nimirum diſſolutionem ejuſdem Concilii, ejuſque tranſ-

(*a*) Reſp. Sabaud. pag. 184.
(*b*) Regeſt. XVIII. Secret. Nicolai v. pag. 431. & ſeq.
(*c*) Ad an. 1449. num. 3.
(*d*) Regeſt. ut ſupra.
(*e*) Ibid. pag. 431.

A. D. 1449.

tranſlationem ad Lauſanam civitatem ratam habet: expleta eſſe omnia refert; ac ſingulis qui interfuerant, poteſtatem ad propria remeandi facit. Hæc in tabulis Pontificiis leguntur. Alii porro narrant, Gallicos Oratores (*a*) illico Romam profectos eſſe, & Apoſtolica a *Nicolao* Pontifice diplomata impetraſſe, quæ *Lauſanam* pertulerunt: Lauſanenſes patres poſt hæc iterum conventum egiſſe, ac per fictionem juris, perinde ac ſi poſt *Amedei* abdicationem Sedes Apoſtolica vacaret, *Nicolaum* V. elegiſſe, eique ſe parituros, pollicitos eſſe. In decreto diei XIX. *Aprilis* nil aliud, niſi quod ante retulimus, continetur. De Pontificis *Nicolai* diplomatibus mox ſermo erit. Interim ad extincti ſchiſmatis nuncium Romam perlatum pauliſper deflectimus.

XI.

Ingens Romæ lætitia de ſchiſmate ſublato.

Ferunt autem omnes illius ætatis Scriptores, ubi Romæ auditum eſt (*b*), ſchiſma penitus ſublatum eſſe, Urbem totam præ gaudio exiliiſſe, ac bacchantium more huc illuc feſtive noctu diſcurriſſe Romanum populum, funalibus noctem ipſam ſuperantibus, atque hunc decantaſſe (*c*) verſiculum: *Lux fulſit mundo, ceſſit Felix Nicolao.* Pontifex vero nihil tum antiquius habuit, quam ut ſolemnes ſupplicationes indiceret, haberetque, ad immortales Deo gratias peragendas. Fauſtum de ſchiſmate ſublato nuncium, Romam die XXIII. *Aprilis* allatum, narrat Platina (*d*), qui ſchiſmatis exitum, lætitiamque Urbis, & indictas a Pontifice pro gratiarum actione preces his verbis deſcribit: *Interim vero Federicus Imperator, inſtante Pontifice, Felicem compulit, ut Pontificatu ſe abdicaret, quod cerneret, tantam ſeditionem, & tam diu-*

(*a*) Monſtrelet. vol. III. pag. 6. Raynald. an. 1449. n. 1. & ſeq. Vid. Æneam Sylvium de Europa cap. XLII. & in Commentar. lib. VII.

(*b*) Apud Raynald. an. 1449. n. 7.

(*c*) Anonymus Carthuſian. apud Marten. Collect. ampliſs. Anecdot. tom. VI. pag. 91. Card. Ægidius Hiſtor. XX. ſæcul. in Nicolao V.

(*d*) In Vita Nicolai V.

diuturnam, Eccleſiæ Romanæ pernicioſum eſſe. Uſus tamen hac benignitate erga Amedeum Nicolaus eſt; ad hominem namque galerum Cardinalatus miſit, eundemque Legatum Germaniæ fecit, ne omnino ſine dignitate viveret. Venere & in arbitrium Pontificis Cardinales illi, quos Amedeus creaverat. Hac vero concordia adeo lætatus eſt non modo clerus omnis, verum etiam populus Romanus, ut in ſequenti nocte ejus diei, quo hæc audita ſunt MCCCCXLIX. XXIII. *Aprilis cum faculis per Urbem in equis incederent, clamantes* VIVAT NICOLAUS. *Pontifex autem, ne ingratus erga Deum tanti beneficii videretur, ſupplicationes admodum celebres cum populo & clero in Vaticano habuit. Idem fecere & reliqui Italiæ populi, tam pernicioſa ſeditione liberatam Eccleſiam Dei cernentes.* Hæc Platina, qui ſilet de officiis regum *Galliæ, Angliæ, & Siciliæ* ad abolendum ſchiſma collatis, ac unius *Friderici* Cæſaris meminit, aliis immerito prætermiſſis. Neque etiam Germaniæ Legatus a Pontifice *Amedeus* eſt inſtitutus, ſed Sabaudiæ, Subalpinorum, Bernatium regionis, & Lauſanenſis diœceſis, ut infra patebit. Pontifex vero haud immemor eorum, quæ præſertim *Carolus* Gallorum rex geſſerat, ei litteras die IV. *Maii* (*a*) dedit, quibus gratias agit ob ſtrenuam illius in ſedando ſchiſmate operam. Platinæ accedat Jannottus Manettus (*b*), cujus auctoritas ipſi Platinæ præferri debet. Hic enim poſtquam *Nicolai* ſapientia ſchiſma oblitteratum fuiſſe narrat, hæc ſubjicit: *& commemoratum inſuper ſchiſma jamdudum inveteratum, prædicto* AMEDEO *illius Concilii Principe errata ſua recognoſcente, ac confitente, & pænitente, & Sanctitati ſuæ, ut par erat, adhærente, diſſolveret, deleretque. Ipſum enim Romanæ, ac catholicæ Eccle-*

 ſiæ,

(*a*) Concil. tom. XIII. pag. 1343. (*b*) In Vita lib. II. pag. 922.

A. D. 1449. *ſiæ, ubi veteres perfidiæ ſuæ errores recognovit, Cardinalem ſponte creaverat: quod ſolum, unicum, & certum diſſolvendi illius Concilii remedium, conveniensque & idoneum ejuſmodi diſſolutionis antidotum fore, ſua ſapientia exiſtimaverat, ſicut poſtea, re ipſa comprobante, contigiſſe compertum eſt. Siquidem ea ipſa tot Patrum Synodus poſt commemoratam prædicti* AMEDEI *promotionem, ſtatim evanuit.* Ex his eruitur, *Amedeum* ſtatim poſt abdicationem, Cardinalem *Epiſcopum Sabinenſem* a *Nicolao* fuiſſe ſponte creatum.

XII.

Diplomata a Nicolao, ſchiſmate ſublato, edita.

Nunc ad diplomata, quæ pro ſchiſmate abrogando expetita fuerant, de quibus ſupra (*a*) mentio facta eſt, veniamus. Primum incipit a verbis: *Tanto nos pacem* &c. & datum eſt *Spoleti* die XVIII. *Junii* (*b*) anno Chriſti 1449. Ii omnes, qui *Baſileæ*, & *Lauſanæ* FELICI V. obedierant, abſolvuntur, cenſuræque omnes, & aliæ eccleſiaſticæ pœnæ in ipſos inflictæ abrogantur, & irritantur. Secundum datum eſt *Spoleti*, eodem die & anno (*c*), ac incipit: *A pacis auctore* &c. Narrat in eo Pontifex, ſe accepiſſe, AMEDEUM *primum Cardinalem, Epiſcopum Sabinenſem, in nonnullis Provinciis Apiſtolicæ Sedis Legatum Vicariumque perpetuum*, FELICEM PAPAM V. *tunc in ſua obedientia nominatum*, interventu regum *Galliæ*, & *Angliæ*, *Renati* regis *Siciliæ*, ac *Ludovici* Delphini *Viennenſis*, juri, quod in Papatu ſe habere aſſerebat, ceſſiſſe: eos vero qui *Baſileæ*, deinde *Lauſanæ*, prætextu, ſeu titulo Concilii generalis conſtitere, *Niccolao Pontifici*, tanquam unico & indubitato Summo Pontifici obediendum eſſe a cunctis fidelibus declaraſſe, & Lauſanen-

Abſolutio a cenſuris iis data, qui Felici, Baſileenſi, ac Lauſanenſi conventui adhæſerant.

(*a*) §. IX.
(*b*) Regeſt. XVIII. Secret. Nicolai V. pag. 433. & Regeſt. I. Secret. pag. 108.
(*c*) Regeſt. I. de Curia pag. 89.

ſanenſem conventum diſſolviſſe. Quamobrem Pontifex omnes & ſingulos, qui in *Baſileenſi, & Lauſanenſi* civitatibus ſub nomine generalis Concilii commorati fuerant, & quod eidem *Amedeo* obedierint, & adhæſerint, Eccleſiis, & monaſteriis, aliiſque Eccleſiaſticis beneficiis ab *Eugenio* IV., & auctoritate Apoſtolica privati fuiſſent, in priſtinum reſtituit, ac decernit, ut detentores alii e poſſeſſione per Eccleſiaſticas cenſuras deturbentur, neque detentorum hujuſmodi appellationes recipiantur. Tertium incipit: *Ut pacis* &c. datum eſt *Spoleti* (*a*) eodem die & anno. Narrat in eo Pontifex, catholicæ Eccleſiæ pacem fuiſſe redditam, *Amedei* abdicationem commemorat, & *promotiones*, *electiones*, *& proviſiones*, *de quibuſcumque Eccleſiis*, *ac beneficiis Eccleſiaſticis* ab eodem *Amedeo* factas, ratas & gratas habet. Eos præterea, qui de *Eccleſiis*, *& beneficiis affectis*, *ac etiam ex quibuſvis cauſſis devolutis*, *proviſi fuerant*, iiſdem frui, uti, & potiri debere declarat; atque ab emolumentis, *Cameræ Apoſtolicæ* debitis, & *non ſolutis*, abſolvit. Sententias occaſione litium de prædictis ab *Amedeo* latas approbat. Pœnæ adverſus hujus Conſtitutionis oppugnatores ſtatuuntur. Ita habent prototypa tria *Nicolai* diplomata; aliis vero, ſi quid ſecus habent, utpote apocryphis, & adulterinis, nulla fides eſt adhibenda. Hoc pacto luctuoſum Eccleſiæ ſchiſma, *Nicolai* ſapientia reſtinctum eſt, quod in poſterum nullum fuit, & utinam ne unquam ſit, ut verbis non inelegantis Scriptoris (*b*) utar, exoramus.

Eccleſiæ, & Sacerdotia iis, qui Baſileenſi & Lauſanenſi Synodo adhæſerant, confirmantur.

Sacerdotia quæcumque a Felice collata, rata habentur.

XIII.

De Amedei dignitatibus, atque Legatione.

In diplomate, quod *À pacis auctore* incipit, *Cardinalem primum*, ut vides, *Amedeum*, & *Epiſcopum Sabinenſem*, *ac in nonnullis Provinciis*, *Apoſtolicæ Sedis*

(*a*) Regeſt. I. Secret. de Curia pag. 110.

(*b*) Papirius Maſſon. de Epiſcopis Urbis in Vita Nicolai V.

Digitized by Google

A. D. 1449. *dis Legatum*, *Vicariumque perpetuum* nominat. Litteras tamen de legationis munere, atque limitibus Pontifex edidit, quæ datæ ſunt die XXVIII. *Auguſti* (*a*) hujus anni, & in iis eundem *Amedeum Sabinenſem* Epiſcopum in *Ducatu Sabaudiæ*, nec non in tractu, ſeu *terris Bernenſium*, quæ in diœceſi *Lauſanenſi* ſitæ ſunt, Legatum atque Vicarium perpetuum conſtituit. At paullo poſt *Amedeus* his vale dicens, *Ripalium*, ubi ante latuerat, reverſus eſt, ibique cæleſtium rerum meditatio-

Abdicat, & Ripaliam ſecedit. Quando obierit.

nibus intentus unice fuit; demum ſancte an. 1472. die XXX. *Martii* obiiſſe *Vercellis* a Bollandianis ſociis (*b*) dicitur. At non recte, quum ex Pingonio Raynaldus (*c*) referat, an. 1451. *Idibus Januariis Amedeum* ex hac vita migraſſe. In cujus rei fidem habentur *Nicolai* Pontificis Apoſtolicæ litteræ, anno *Incarnationis* 1450. die XXVIII. *Februarii* (*d*), Pontificatus *anno* IV. hoc eſt a Chriſti natali an. 1451. editæ, quibus poſt *Amedei* obitum, ejus in legatione geſta approbat. Incipiunt: *Intentio ſancta*, *qua bon. mem. Amedeus Epiſcopus Sabinenſis Dei Eccleſiam* &c. De pſeudocardinalibus *Amedei* inferius dicemus.

XIV. Peſtis cauſſa Pontifex in Umbriam, & Picenum divertit.

Quod autem vides, *Nicolai* diplomata de ſchiſmate ſublato, non *Romæ*, ſed *Spoleti* data, gravis in Urbe & alibi hujus anni lues in cauſſa fuit. Idcirco compulſus eſt Pontifex (*e*) ſalubrioris aeris receſſum inquirere, & in *Umbriam* menſe *Majo*, deinde *Fabrianum* in Piceno divertere. Hinc plures hoc anno Apoſtolicæ litteræ, *Spoleti*, & *Fabriani* datæ ſunt. Hinc Pontificis hortatu ſacri concionatores, pii, religioſique viri (*f*) mortales

(*a*) Lib. II. Offic. pag. 38.
(*b*) Acta SS. Martii tom. III. pagina 876.
(*c*) Ad an. 1450. num. 20. & ſeq.
(*d*) Lib. XIX. Secret. pag. 154.
(*e*) Poggius Florent. Diſceptat. Convival. pag. 33. Manettus in Vita lib. I. pag. 917.
(*f*) Vvading. ad an. 1449. n. XXIX. Raynald. an. 1449. n. 13.

Digitized by Google

tales omnes ad pœnitentiam, ad peccata deflenda monitis & exemplis excitarunt. Hinc ad Illyrici, & Pannoniæ finitimarumque regionum populos (*a*), ſcilicet in *Dalmatiam*, *Raſciam*, *Boſniam*, *Croatiam*, *Serviam*, *Albaniam*, & *Hungariam* Antonium Neapolitanum, Minoritam, Apoſtolicis litteris, *Spoleti* die xx. *Junii* datis, ablegavit. Hæreſis præterea, quæ *novellorum chriſtianorum* dicebatur, in *Samnii*, & *Apuliæ* partibus exorta erat. Quamobrem Pontifex Fidei Inquiſitorem contra eandem hæreſim, quæ *Beneventi*, *Siponti*, *Trani*, *Monopoli*, & in aliis civitatibus & oppidis ſuccreſcebat, Fratrem *Matthæum Reginum*, Minoritam, per litteras Apoſtolicas die XXXI. *Auguſti* (*b*), *Fabriani* datas, deſignavit. Dum Pontifex hoc anno in Umbria eſſet, ac *Aſſiſii* hoſpitaretur, corpus *S. Franciſci* ſuis oculis inſpexiſſe ferunt; qua de re Annales Minorum (*c*) ſunt adeundi.

Antonius Minorita verbi Dei præco in Dalmatiam, Raſciam, & aliò miſſus.

Contra hæreſim novellorum chriſtianorum Matthæus Minorita ablegatur.

S. Franciſci corpus Pontifex inviſit.

XV.

Ad alias interea hujus anni Apoſtolicas Sanctiones gradum facimus. Efflagitante diutius *Caſimiro* Poloniæ rege, rubeum galerum *Sbigneo* Cardinali *tituli S. Priſcæ*, & Epiſcopo *Cracovienſi* Pontifex miſit. Epiſtolam ea de re eidem *Sbigneo*, die XXIX. *Julii*, (*d*) *Fabriani* datam ſcripſit, qua *cappellum rubeum*, Cardinalatus inſigne, ſe mittere ſignificat: cur tamdiu diſtulerit, rationem reddit. Detulit hunc rubeum pileum Johannes Dlugoſſius, Canonicus Cracovienſis, & *Sbigneo* a ſecretis, qui præter *galerum rubeum*, *cappam*, *&* *baculum argenteum*, quæ Cardinalatus inſignia ille vocat (*e*), ſe attuliſſe narrat; & Cracoviam ex Fabriano die *prima Octobris* perveniſſe, magna procerum & optimatium comiti-

Rubeum galerū Sbigneo Cardinali in Poloniam mittit.

(*a*) Vvading. ibid. n. XIV.
(*b*) Vvading. ut ſupra n. XIX.
(*c*) Ut ſupra n. XI.
(*d*) Exſt. apud Dlugoſs. Hiſtor. Polon. lib. XIII. pag. 50.
(*e*) Ibid.

Digitized by Google

A. D. 1449. mitiva ad valvas Eccleſiæ Cracovienſis a *Sbigneo* exceptum, & ſolemnia de traditione pilei peracta. Inſtabant, ut habet idem Dlugoſſius (*a*), Petrocovienſia comitia, ad quæ *Caſimirum* regem *Sbigneus* comitatus eſt. *Uladislaus Gneſnenſis* Archiepiſcopus timens, ne locum inferiorem tenere cogeretur, ex loco conſilii diſceſſit; conventum tamen ob id rex non diſſolvit. Comitia Petrocovienſia acta ſunt etiam an. 1451. in quibus de *Sbignei* præcedentia (*b*) diſputatum eſt. Tunc Senatus conſultum factum eſt, in quo rex communi conſenſu decrevit, ut *Sbigneus* ſuperiorem in Senatu locum obtineret. Additum eſt decreto: *ut de cætero Archiepiſcopi, & Epiſcopi Poloniæ, niſi rege conſulto, & conſiliariis, pro dignitate Cardinalatus, aut officio Legationis non inſtent*. Hæc Dlugoſſius, qui & Longinus. At alias Pontificis litteras die XXVIII. *Julii* magnatibus ac nobilibus Poloniæ majoris datas (*c*) omittit, quibus ſignificat eiſdem, *Sbigneum* inter S. R. E. Cardinales ab *Eugenio* IV. relatum, ejuſque creationem a ſe innovatam, atque pileum rubeum illi mittere hactenus diſtuliſſe, quia ex litteris *Caſimiri* regis intellexerat, ſcandalum ex hujuſmodi miſſione oriturum. At urgente eodem Cardinale, pilei miſſionem non eſſe amplius differendam, pileum ſe mittere. Ad amovendam vero omnem ſcandali ſuſpicionem, ne per hanc miſſionem Eccleſia *Cracovienſis* ullo modo *Gneſnenſi* præferatur, Pontifici placere, *ut in omnibus parlamentis, & conventionibus privatis & publicis Archiepiſcopus Gneſnenſis prior votum ſuum & ſententiam dicat, Cardinalis vero eo loco votum ſuum pronunciet, qui ex ordine ad Eccleſiam ſuam ſpectat*. His Pontifex ſubjicit: *Volumus tamen, ut Cardinalis propter Sedis Apoſtolicæ auctoritatem, & digni-*

Controverſiam de præcedentia inter eundem Sbigneū, & Archiepiſcopum Gneſnenſem ſedare ſatagit.

(*a*) Ibid. pag. 54.
(*b*) Ibid. pag. 66.
(*c*) Regeſt. v. Secret. pag. 204. & apud Raynald. an. 1449. n. 8.

gnitatis ſuæ excellentiam primum locum honoris & ſedendi teneat; in quo nullum Gneſnenſi Eccleſiæ præjudicium infertur, neque honor ejus in aliquo diminuitur, quum dignitas ipſa non Eccleſiæ Cracovienſi, ſed perſonæ Cardinalis tribuatur. Ex hac epiſtola lux affertur iis, quæ Johannes Dlugoſſius narrat.

A. D. 1449.

XVI. Ratio erogandæ pecuniæ pro bello adverſus Saracenos in Hiſpania gerendo, Oxomenſi & Legionenſi Epiſcopis commiſſa.

In Hiſpaniam declinemus. Ad conterendos Saracenos qui Hiſpanias opprimebant, delictorum veniam iis Pontifex conceſſerat, qui ſtipem conferrent pro bello, quod adverſus eoſdem fidei hoſtes *Johannes* Caſtellæ rex gerebat. At ratio erogandæ pecuniæ fuerat immutata; propterea Pontifex hujuſmodi negocium per litteras Apoſtolicas, *Spoleti* die IX. *Junii* (*a*) datas, *Oxomenſi*, & *Legionenſi* Epiſcopis commiſit, ut id, quod par erat, decernerent. Iis autem qui ex quacumque ſecta in regnis *Caſtellæ* & *Legionis* ad fidem catholicam revocati eſſent, ad quaſcumque dignitates, beneficia, honores, & officia idoneos eſſe, Apoſtolicis litteris die XXIV. *Septembris* (*b*), *Fabriani* editis declaravit. *Petrum Sermento*, ejuſque ſocios & fautores, ob violatam *Johanni* Caſtellæ & Legionis regi fidem, *Toletanæ civitatis* invaſores, ac læſæ majeſtatis reos eſſe decrevit, excommunicationis gladio perculit, aliiſque pœnis per litteras Apoſtolicas eadem die XXIV. *Septembris* (*c*) ſubjecit. Fabriani dum eſſet, Sanctionem die X. *Septembris* (*d*) datam vulgavit, qua conceſſiones, & alienationes caſtrorum ac terrarum *Comitatus Venaiſini*, injuſſu Apoſtolicæ Sedis factas, revocavit, ac irritas eſſe decrevit. Ibidem die VIII. *Octobris* (*e*) Apoſtolicis litteris *Antonium Urbinatem* Epiſcopum, Legatum de latere in *Portugalliæ* & *Al-*

Paganis ad fidem catholicam noviſſime traductis aditus ad honores ac dignitates in regnis Caſtellæ & Legionis a Pontifice datus.

Petrus de Sermento, ejuſque aſſeclæ perduellionis crimine damnantur, & anathemate feriuntur.

Alienationes & conceſſiones caſtrorum Comitatus Venaiſini injuſſu Pontificum factæ, irritæ decernuntur.

Antonius Epiſcopus Urbinas in Luſitaniæ & Algarbiæ regnis Legatus.

K

(*a*) Lib. V. de Curia pag. 184.
(*b*) Ibid. pag. 130.
(*c*) Ibid. pag. 146.
(*d*) Lib. VI. Secret. pag. 5.
(*e*) Lib. V. de Curia pag. 189.

Digitized by Google

A. D. 1449.

& *Algarbiorum* regnis dixit, ac facultatibus ad id opportunis ornavit.

XVII.
Morbi genus, quo conflictari Pontifex cœpit. Ejus in Urbem reditus.

Pauliſper revocare gradum nos Manettus (*a*) monet, qui narrat, Pontificem, dum *Fabrianum* verſus tenderet, ac *Tolentini* pernoctaret, peſſimo morbo in orificio ani laborare cœpiſse, quem medici veteres Græco vocabulo *ragadiam* appellant, a quo vehementer cruciabatur, nec febri caruiſſe. Addit, dormienti Pontifici *Eugenium* IV. apparuiſſe, qui ex eo morbo tunc non moriturum *Nicolaum*, ſed evaſurum monuit: *Quod*, inquit Manettus, *ut in mentem ſuam vehementius imprimeret, ſe ab octavo Pontificatus ſui anno, perquam ſibi pernicioſo ac lethifero, vel maxime caveret diligenter, admonere* [Eugenius] *videbatur*. Hæc autem circiter initia *Julii* menſis contigiſse videntur; nam die XXV. *Julii* Pontifex *Fabriani* verſabatur, qua die, ut Jacobus Radulphi in Ephemeridibus ſacri Conſiſtorii tradit, *Philippo tit. S. Suſannæ* presbytero Cardinali, *Bononienſi* vulgo nuncupato, os aperuit. *Fabriano* autem, ut idem Jacobus habet, Pontifex die XIV. *Novembris* receſſit, in urbem ſacram rediturus.

XVIII.
Pſeudocardinales dignitati & honoribus reſtituuntur.

Romam quum rediiſset, pſeudocardinalium qui ab *Amedeo* creati fuerant, honori conſultum voluit. Nullis ii conditionibus, ſed ultro ad Pontificis clementiam confugerant. Itaque Pontifex tres ex eorum numero in Cardinales aſsumpſit. Hi fuere *Johannes de Artus*, *Tarantaſienſis* Archiepiſcopus, *Ludovicus de Varambone*, *Maurianæ* Epiſcopus, & *Guillelmus Hugonis de Sagno*, Archidiaconus *Metenſis*. Singulis eorum Apoſtolicas litteras die XX. *Decembris* (*b*) dedit, quibus eos inter S.R.E.

(*a*) Lib. I. pag. 917.
(*b*) Regeſt. VI. de Curia pag. 33. 34. Vid. Raynald. ann. 1449. num. 7.

Digitized by Google

S.R.E. Cardinales aſſumptos eſſe declarat, partaque ab iis antea ſacerdotia, ac ſedes confirmat. Johanni *de Artus titulum SS. Nerei & Achillei*, Ludovico *de Varambone titulum S. Anaſtaſiæ*, *&* Guillelmo *Hugonis titulum S. Sabinæ* aſſignavit. In Urbem poſtmodum duo ex eis venere, quod ſuo loco dicemus. Reſtituit etiam Cardinalium cœtui *Ludovicum Alamannum* (*a*), Cardinalem *Arelatenſem* pridem vocatum, & ab *Eugenio* IV. loco ſummotum, quod obſtinatius ſchiſmati adhæreret. Reliqui demum pſeudocardinales, aut brevi interierunt, aut ſponte abdicarunt.

Ludovicus Alamannus Cardinalium cœtui reſtituitur.

A.D. 1450.

I. Anni Sanctioris celebratio.

Celeberrimus Romæ fuit annus 1450. quo a Chriſti Nativitate anteacti anni ad pleniſſimam delictorum veniam, Baſilicarum Urbis a *Nicolao* Pontifice ante deſignatarum januæ patefactæ ſunt. Anni jam ſexaginta effluxerant, ex quo hic ampliſſimus Eccleſiæ theſaurus non fuerat Chriſtifidelibus reſeratus. Falſum eſt enim, quod Panvinius, Ciaconius, & Bzovius ſcripſerunt, ut Andreas Victorellus animadvertit (*b*), a *Martino* Papa v. Jubileum anno 1423. aut 1425. fuiſſe celebratum. Quapropter ingens, ac innumera hominum multitudo ex toto ferme terrarum orbe in Urbem religionis ſtudio confluxit, cujus rei teſtes ſunt S. Antoninus (*c*), Manettus (*d*), Pius II. (*e*) Jacobus Philippus Bergomenſis (*f*), Platina (*g*), Sabellicus (*h*), & alii. Inter hos Sabellicus: *Magnus*, inquit, *annus celebratus eſt*, *nec a condito ævo major mortalium conventus*, *religionis cauſſa unum*

(*a*) Æneas Sylv. de Eur. cap. XLII. Raynald. an. 1449. n. 8.

(*b*) De Jubileis P. II. pag. 258. 259.

(*c*) P. III. tit. XXII. cap. XII. §. 3.

(*d*) In Vita lib. II. pag. 924.

(*e*) In Commentar. lib. II. & de Europa cap. LVIII.

(*f*) In Chronic. ad an. 1450.

(*g*) In Vita.

(*h*) Lib. v. Ennead. x.

A. D. 1450. *in locum coivit unquam, ſi Platina verus eſt auctor.* Ob hanc ac tantam hominum frequentiam illud funeſtum atque luctuoſum accidit, quod narrat Platina, ac ante & poſt eum alii (*a*), ut quum e Vaticano turba plurima Chriſticolarum, viſa Salvatoris imagine, quæ *Veronica* dicitur, in Urbem per Ælium pontem redire vellet, obviam facta ad pontem eſt mula quædam *Petri Barbi*, Cardinalis tit. S. Marci, & quum neque venientes, neque redeuntes ob inſequentem multitudinem cedere poſſent, cadente uno atque altero ſuper mulam jam a multitudine oppreſſam, ad ducenta & amplius hominum corpora obtrita & ſuffocata in eo ponte fuerint. Multi etiam e lateribus pontis in Tiberim cadentes, periere. Sepulta in Sancto Celſo ad centum & triginta ſex, reliqua vero cadavera ad *Campum Sanctum* delata. Quocirca *Nicolaus* Pontifex vices eorum, qui mortui fuerant, dolens, caſulas quaſdam anguſtiorem viam ad pontem facientes, omnino ſuſtulit, totumque fere annum illum in celebritatibus conſumpſit, ad ſtationes ipſemet quotidie cum Cardinalibus procedens. Cavit etiam quam diligentiſſime, ne abundante tanta multitudine, commeatus, & alia ad victum neceſſaria in Urbe deeſſent. Curavit demum execrationibus, atque ſatellitibus, ne graſsatores in peregrinos ad Urbem accedentes ſævirent. Hæc Platina. Sabellicus (*b*) addit, Pontificem rei atrocitate affectum, ædiculas duas in aditu pontis ex candenti lapide ſtatuiſse, quæ monumentum poſteris eſsent. Ante Platinam & Sabellicum eadem ferme ſcripſit Manettus (*c*), qui addit, ex hoc tanto ac infinito mortalium confluentium numero, maximam auri vim ob vectigalium proventum, ob voluntarias oblationes, ac ob rerum ad victum

(*a*) S. Antonin. ut ſupra, Diar. Stephani Infiſſur. Æneas Sylv. de Europa cap. LVIII. Raphael Volater. Antrop. lib. XXII. Card. Ægid. Hiſt. XX. ſæcul.

(*b*) Ut ſupra.

(*c*) Lib. II. pag. 924. 925.

A. D. 1450.

Nummi a Pontifice cuſi ob anni ſanctioris memoriam.

victum neceſsariarum quotidianam conſumptionem a Pontifice fuiſse comparatam. Ad ejus autem rei perpetuam memoriam (*a*) amplos & inuſitatos nummos cudi juſſit, quos *Jubileos* nominavit; ac tanti ponderis erant, ut commune trium uſitatorum aureorum pretium ſuo valore adæquarent. Exſtant *Nicolai* Pontificis numiſmata (*b*), in quibus *janua*, quæ *ſancta* dicitur, viſitur, cum epigraphe ANNUS JUBILEI. ALMA ROMA, & ad imum 1450. Aliud item ejuſdem numiſma (*c*) hanc epigraphen præfert: RESERAVIT ET CLAUSIT AN. JUB. MCDL.

II.

Peſtis in Urbe, ac in Italia graſſatur. Nonnullæ Pontificis Sanctiones.

Ex hac autem exterarum gentium copia peſtis graviſſima in Italiam, ac in ipſam Urbem invecta eſt, quæ miſere mortales ita perculit, ut nonnulli ex ipſis Pontificis cubiculariis perierint (*d*), ac ipſe Pontifex ex Urbe fugere, ac ſalubriora loca quærere coactus fuerit. Sed antequam Pontifex hoc anno Roma diſcederet, quid ab eo geſtum ac decretum bono publico ſit, audiamus. In primis *Martini* v. Romani Pontificis Conſtitutionem de religioſe ſervanda cuſtodiendaque *Imagine Sanctiſſimi Salvatoris* ad Sancta Sanctorum prope Lateranenſem Baſilicam, Apoſtolico diplomate die XXIV. *Januarii* (*e*) confirmavit. Denique die XII. *Februarii* (*f*) Spoletanæ civitatis municipalia jura comprobavit. Ad regularem vero monachorum in regno *Pannoniæ*, ſeu *Hungariæ* diſciplinam reſtituendam, provinciam *Dionyſio* Agrienſi Epiſcopo, & *S. Cyriaci in thermis presbytero Cardinali*, litteris Apoſtolicis die XVIII. *Februa-*

Conſtitutio Martini v. de cuſtodia Imaginis SS. Salvatoris ad Sancta Sanctorum confirmata.

Spoletanorũ Statuta approbantur.

Dionyſius S. Cyriaci Card. monachorum in Hungaria inſtaurator deſignatur.

(*a*) Ibid.
(*b*) Bonan. Numiſm. Rom. Pont. tom. I. pag. 49. num. VI.
(*c*) Ibid. n. VII.
(*d*) Zantfliet. in Chron. apud Marten. Collect. ampliſſ. Anecdot. tom. V. pag. 472. Manettus lib. II. pag. 928.
(*e*) Lib. VI. de Curia pag. 43.
(*f*) Ibid. pag. 75.

Digitized by Google

A. D. 1450.

Bononien. a perduellionis crimine vindicantur.

bruarii (*a*) editis commiſit. *Bononienſes* perduellionis, atque læſæ majeſtatis accuſatos, ab hujuſmodi crimine vindicavit, eoſque veros, fideleſque S.R.E. ſubditos eſſe, ampliſſimis litteris die v. *Martii* (*b*) datis decrevit. Paucis ante diebus, ſcilicet die XXVI. *Februarii* (*c*) Apoſtolicis litteris, *Beſſarionem*, Cardinalem Nicænum appellatum, ex *titulo Baſilicæ* XII. *Apoſtolorum* ad *Tuſculanum Epiſcopatum* promotum, civitatis Bononiæ, ac totius Exarchatus Ravennatis Legatum & Vicarium renunciavit, qui Roma die IV. *Martii* (*d*) diſceſſit, Bononiamque profectus (*e*), Legati munere perfunctus eſt, quoad *Nicolaus* Pontifex vixit. Inducias inter *Spoletanos*, & *Nurſinos* initas, litteris die XXVI. *Aprilis* (*f*) editis approbavit, ac earum inviolatam fidem *Nicolao* Epiſcopo *Tiburtino* mandavit.

Beſſarion Cardinalis Bononiæ, & Exarchatus Legatus.

Inducię inter Spoletanos & Nurſinos confirmantur.

III.

Ingreſſus in Urbem Nicolai de Cuſa, & Epiſcopi Auguſtani Cardinalium, qui rubeo galero a Pontifice donantur.

Cardinales duos in Urbem primum venientes, rite excepit. Initio hujus anni, & quidem die *Dominica*, menſis *Januarii* XI. *die* (*g*), *Nicolaus de Cuſa tituli S.Petri ad vincula presbyter Cardinalis* e Germania redux in Urbem venit cum *cappello nigro*, & a Cardinalibus, ut moris eſt, exceptus, & ab eis ad Pontificias ædes deductus, rubeo galero ornatus fuit. Die vero *Lunæ* XIX. *Januarii* fuit eidem Cardinali os apertum. Anno eodem die XVIII. *Aprilis* (*h*) in Urbem venit *Petrus Epiſcopus Auguſtanus, tit. S.Vitalis presbyter Cardinalis*, ab *Eugenio* IV. die XVIII. *Decembris* an. 1439. creatus, cui ex more, Cardinalibus occurrentibus, eumque ad Pontificem deducentibus, datus eſt pileus rubeus in Conſiſtorio ab ipſo Pon-

(*a*) Lib. VI. Secret. pag. 35.
(*b*) Ibid. pag. 301.
(*c*) Lib. II. Offic. pag. 75.
(*d*) Diar. Conſiſt. Jacobi Radulphi.
(*e*) Annales Bononien. Hieronymi de Burſellis A.D. 1450. Scriptor. rer. Italic. tom. XXIII. pag. 885.
(*f*) Lib. VI. de Curia pag. 346.
(*g*) Diar. Conſiſt. Jacobi Radulphi.
(*h*) Ibid.

Pontifice, deinde domum a purpuratis Patribus deductus. Die poſtmodum XXIV. *Aprilis* (*a*) fuit eidem Cardinali os apertum.

IV. Collatoribus beneficiorum in ditione Ducis Sabaudiæ, ne infra biennium Expectativas admittere teneantur, concedit.

Iiſdem diebus, ſcilicet die XXX. *Aprilis* (*b*), editis Apoſtolicis litteris Pontifex indulſit, ut earundem litterarum verbis utamur, *ordinariis collatoribus, & collatricibus in omnibus Dominiis Ducis Sabaudiæ, ut infra biennium nullum teneantur admittere ad poſſeſſionem aliquorum beneficiorum vigore quarumcumque Expectativarum, ſeu ſpecialium reſervationum.*

V. Biſuntinam Academiam instituit. Pro gymnaſio Urbis Bonif. VIII. Sanctionem innovat.

Litterarum incremento ſponte deditus, facile eorum precibus annuere ſolebat, qui Apoſtolica diplomata de inſtituendis, ac privilegiis ornandis gymnaſiis efflagitabant. Identidem inter ejus geſta hujuſmodi diplomata occurrunt, quæ ſuis locis a nobis commemorantur. Itaque hoc anno die *prima Maii* (*c*) editis Apoſtolicis litteris, *Biſuntinæ* [quæ apud veteres *Veſontio*, quandoque *Chryſopolis*] civitati poteſtatem fecit aperiendi, inſtituendique publicum diſciplinarum gymnaſium. In hunc etiam locum conferendam putamus aliam ejuſdem Sanctionem pro gymnaſio urbis Romæ, quæ editoris vitio, (*d*) temporis nota caret. Initio hujus Sanctionis narrat, in melius ſtudiorum rationem ejuſdem gymnaſii a ſe fuiſſe reſtitutam, ac laudabilem *Bonifacii* VIII. Conſtitutionem, *anno Incarnationis Dominicæ* 1303. die VI. *Junii* latam, temporum, & hominum malitia dudum abrogatam, innovare, quam & ſubjicit. *Bonifacii* Conſtitutio ſæpe alias (*e*) edita eſt; cui alia *Eugenii* IV. Sanctio (*f*) acceſſit. A lit-

(*a*) Diar. Conſiſtor. ut ſupra.
(*b*) Regeſt. XIX. Secret. pag. 184.
(*c*) Lib. VII. Secret. pag. 152.
(*d*) Exſtat in collectione Bullarum Romanorum Pontificum, ex Bibliotheca Petri Gomeſii excerpta, & edita Romæ an. 1542. pag. 10.
(*e*) Exſt. apud Fenzonium ad Statuta Urbis pag. 643.
(*f*) Ibid.

A. D. 1450.

VI. Sbigneo Cardinali gratias agit, quod ejus opera bellum civile in Pannonia ſopitum fuerit, & opportunis facultatibus eundem Sbigneũ ad id munit. Huniadis pactiones cum Raſciæ Deſpota reſcindit.

A litteris ad rem bellicam nos temporis ratio vocat. In *Pannonia*, ſeu *Hungaria* inteſtinum & civile bellum inter *Johannem Hunniadem* regni moderatorem, *Johannem Giſkra*, & alios regni proceres exarſerat. Eo ſopiendo *Sbigneus* Cardinalis, & *Caſimirus* Poloniæ rex adlaborarant. Quare Pontifex datis eidem *Sbigneo* die XIX. *Martii* litteris, eum commendat, & hortatur, ut ad pacem diſſidentes flectat, ad quam ſtabiliendam, atque alia facienda, quæ ei expedire videbuntur, Legati munere eum exornat. Exſtant hæ litteræ apud Johannem Dlugoſſium (*a*); quæ licet datæ ſint die XIX. *Martii*, *an. Incarnationis* 1449. *Pontificatus anno quarto*, ad annum tamen nativitatis Chriſti 1450. pertinent; nam Pontificatus *annus quartus* a die XIX. *Martii anni* 1450. exordium ſumebat: idcirco perperam memoratus Dlugoſsius has litteras ad an. 1449. retulit. Eaſdem litteras Annalibus Eccleſiaſticis Raynaldus (*b*) ſuo loco inſeruit, dataſque habet die XX. *Martii*. *Huniades* initio hujus anni expeditionem in Turcas parabat, ſed quum pactiones iniquas cum *Georgio* Raſciæ Deſpota iniiſſet, eas Pontifex litteris Apoſtolicis, die XII. *Aprilis* (*c*) datis, tanquam vi extortas reſcidit.

VII. Bernardinum Senenſem Sanctorũ numero aſcribit.

Denique ante diſceſſum ex Urbe ſolemni ritu in Baſilica Principis Apoſtolorum die *Pentecoſtes*, quæ fuit XXIV. *Maii*, *Bernardinum Senenſem* Sanctorum numero adſcripſit. Apoſtolicas ea de re eadem die litteras (*d*) edidit, in quibus beati viri geſta, virtutes, & prodigia recenſentur. Sæpius, ut vidimus, cognitio de *Bernardino* in Sanctorum album referendo nonnullis S.R.E. Cardina-

(*a*) Hiſt. Polonicæ lib. XIII. pag. 53.
(*b*) Ad an. 1450. n. 8.
(*c*) Ibid. n. 7.
(*d*) Lib. XIV. de Curia pag. 88. & apud Vvading. ad an. 1450. n. 1. Raynald. an. 1450. n. 2.

dinalibus demandata fuerat, primum ab *Eugenio* IV. deinde an. 1447. & 1449. a *Nicolao* Pontifice, qui hoc etiam anno 1450. die XVI. *Martii* (*a*) in locum *Beſſarionis* Cardinalis Nicæni, ad Bononienſem Legationem tum profecti, *Franciſcum* Epiſcopum *Portuenſem*, S. R. E. Vice-Cancellarium ſurrogavit. Inter Miſſarum ſolemnia, quibus Pontifex *Bernardinum* cælitibus adſcripſit, ſacram de ejuſdem laudibus concionem habuiſſe ferunt. Bis mille aureos nummos ad hujus celebritatis ſumptus ab eodem Pontifice datos fuiſſe teſtatur Vvadingus (*b*), qui addit, comitiis, quibus *Angelus Serpetri* Minoritarum Miniſter generalis his diebus electus eſt, eundem Pontificem præfuiſſe.

VIII. In Picenum Pontifex ſecedit. In Umbriam redit. Varias Sanctiones promulgat.

His geſtis, Pontifex ex Urbe menſe *Junio* diſcedere, ut ante diximus, ingraveſcentis peſtis metu coactus eſt. *Fabrianum* perrexit, ubi una cum nonnullis S. R. E. Cardinalibus die XXII. *Julii* conſtitiſſe, ex Diario Conſiſtoriali Jacobi Radulphi intelligimus. In *Umbriam* deinde rediit, ac menſe *Octobris*, *Aſſiſii* commorabatur. Varias per id temporis Sanctiones edidit, quas ſummatim damus. *Sigiſmundo Pandulfo Malateſtæ* dynaſtiam, ſeu Vicariatum *Ariminenſem*, *Cæſenatem*, *Fanenſem*, alioſque aliarum civitatum & locorum Vicariatus, certo annuo cenſu conſtituto, Apoſtolicis litteris, *Fabriani* die XXIX. *Auguſti* (*c*) datis confirmavit, cenſuſque hactenus non ſolutos ei dimiſit. Eadem die natalibus reſtituit *Robertum*, ac *Malateſtam* de *Malateſtis* ejuſdem *Sigiſmundi* ſpurios filios. *Malateſtæ* vero *novello*, cui, & *Sigiſmundo Pandulfo* an. 1448. die XIV. *Junii* (*d*) *Cervienſem* civitatem beneficiario

Sigiſmundo Pandulfo Malateſtæ Vicariatus nonnullarum civitatum, & locorum confirmantur.

Robertus, & Malateſta de Malateſtis natalibus reſtituti.

L jure

(*a*) Vvading. ad an. 1449. n. VII. IX.
(*b*) Ibid. n. X
(*c*) Lib. IX. Secret. pag. 173.
(*d*) Lib. II. Secret. pag. 90.

A. D 1450.

Vicariatus Cervienſis & Brittenorienſis, Meldulæ, & Plebanatus Sextini Malateſtę novello confirmantur.

Comitibus ac nobilibus Comitatus Avenionenſis & Venaiſini mandatur, ut clientarem fidem Apoſtolicæ Sedis Legato exhibeant.

Cautoriæ litteræ Alphonſo Aragonum regi ob non ſolutum ſtata die cenſum pro regno Siciliæ.

jure contulerat, hoc etiam anno die XXVIII. *Maii* (*a*), eundem Vicariatum una cum *Brittenorienſis*, *Plebanatus Sextini*, *Meldulæ*, & aliorum locorum Vicariatibus, ſub annuo cenſu confirmavit, ac innovavit, cenſuſque Apoſtolico ærario nondum ab eo perſolutos dimiſit. In Comitatu *Avenionenſi*, & *Venaiſino* nonnulli Comites, nobileſque clientaris obſequii reverentiam *Petro de Fuxo Cardinali* Epiſcopo *Albanenſi*, & Apoſtolicæ Sedis Legato præſtare abnuebant; quocirca Pontifex Apoſtolicis litteris die XXXI. *Auguſti* (*b*) editis ſanxit, ut eidem Legato *homagium*, clientarem fidem, & obſequia, ut par erat, exhiberent. Imperium porro eidem *Petro* Legato a Pontifice prorogatum exinde eſt; nam Apoſtolico diplomate die X. *Novembris* (*c*) dato, in *Avenionenſi*, & Comitatu *Venaiſino*, in *Auxitana*, & *Toloſana* Provinciis Apoſtolicæ Sedis Legatus iterum dictus eſt. Antequam *Fabriano* Pontifex diſcederet, ad preces *Alphonſi Aragonum*, & utriuſque Siciliæ regis, litteras ibidem die III. *Septembris* (*d*) vulgavit, quibus ejuſdem regis gratia declaravit, nullum regi illatum fuiſſe præjudicium, quod in feſto Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, neque cenſum, neque equum album pro regno Siciliæ Pontifici obtuliſſet, propterea quia ante eam diem peſtilentiæ cauſſa Roma exire ipſemet Pontifex coactus eſſet.

IX.

Rogatu Alphonſi regis Academiam Barcinonenſem inſtituit, Inſulam caſtri rubei eidem regi concedit.

Alphonſo regi gratificandi cupidus *Nicolaus* Pontifex, quoniam de ſuſcipiendo bello adverſus Mahometanos ſpem non levem inſtructa claſſe, quæ ad Orientales plagas vela fecerat, dabat, nonnulla eo petente Apoſtolica diplomata edidit. In Umbriam ergo Pontifex regrediens, *Aſſiſii* dum moraretur, *Alphonſi* rogatu publicum

(*a*) Lib. Vicariat. Nicolai V.
(*b*) Lib. VII. de Curia pag. 134.
(*c*) Lib. IX. Secret. pag. 145.
(*d*) Lib. VII. de Curia pag. 187. & apud Raynald. an. 1450. n. 18.

cum in *Barcinonenſi* urbe gymnaſium inſtituit, atque privilegiis ornavit, litteris *Aſſiſii* die xxx. *Septembris* (*a*) datis. *Johanni de Laſtico* magno ordinis S. Johannis Hieroſolymitani Magiſtro, aliis litteris die IV. *Octobris* (*b*) mandavit, ut victricem *Alphonſi* regis claſſem, ex Orientali plaga reclinantem, ſi ad Rhodum Inſulam appelleret, hoſpitaliter exciperet. Biduo poſt aliis litteris, ſcilicet die VI. *Octobris* (*c*) *Aſſiſii* datis, parvam Inſulam oppidi quondam *Caſtrirubei*, prope Rhodum incolis vacuam, quæ Rhodienſium S. Johannis militum erat, ſed ſæpius a Turcis & Saracenis vaſtatam, eidem *Alphonſo* conceſſit ea lege, ut munimentum ibi exſtrueret, quod chriſtiani nominis hoſtibus opponeret. Eadem die jura, & Conſtitutiones ordinis equitum S. Johannis Hieroſolymitani, Apoſtolico diplomate (*d*) condidit, & approbavit. Ægre vero Rhodienſium militum ordo Inſulæ donationem tulit, quare Præfectis regis interdixit, ne quid in ea Inſula ædificarent, ad Pontificem, & ad alios provocavit (*e*), ac illius inſtaurandæ muniendæque curam ipſe ſuſcepit. Quod ad Pontificis ſtudia erga *Alphonſum* attinet, ut eum adverſus Turcas, & Paganos incitaret, decumas, aliaque Eccleſiaſtica ſubſidia pro claſſe inſtruenda ei conceſſerat. Verum in Hiſpanicis ipſius regis ditionibus diſſidia inter clerum, ac regios Præfectos de ratione ſolvendi nuper exorta erant; quare Pontifex ad ea ſedanda in *Valentiæ*, & *Majoricarum* regnis, in Comitatu *Roſſilionis*, & in *Ceritaniæ* partibus *Johannem tit. S. Laurentii in Lucina* presbyterum Cardinalem, *Morinenſem* nuncupatum, Legatum litteris Apoſtolicis die XIII. *Novembris* (*f*) datis deſignavit, aliiſque litteris diei XIX. *Novem-*

Jura & Conſtitutiones equitum Hieroſolymitanorum condit & approbat.

Diſſidium inter clerum & regios Aragoniæ Præfectos ob decumas ſolvendas.

Legatus in Hiſpaniam ad controverſiam componendam miſſus.

(*a*) Lib. VIII. Secret. pag. 178.
(*b*) Ibid. pag. 177.
(*c*) Ibid. pag. 102.
(*d*) Ibid. pag. 67. & apud Raynald. ann. 1450. num. 14.
(*e*) Raynald. ibid. n. 18. & Boſius lib. 11.
(*f*) Lib. IX. Secret. pag. 114.

A. D. 1450.

vembris (*a*) ad hujuſmodi diſſenſiones ſedandas opportunis facultatibus eundem *Johannem* Cardinalem ornavit.

X.
Borſius Ateſtinus Marchio, civitatis Ferrariæ & ejus comitatus Vicarius pro S. R. E. dicitur. Alia caſtra ei conceduntur.

Leonello Ateſtino Marchione, Ferrarienſis civitatis ejuſque comitatus pro S. R. E. dynaſta, ſeu Vicario, hoc anno die prima *Octobris* mortuo, in illius locum *Borſius* ejus frater, Ferrarienſi toparchiæ Apoſtolicæ Sedis venia idoneus, Apoſtolicis *Nicolai* litteris die XIV. *Novembris* (*b*) datis, ejuſdem civitatis, & comitatus pro S. R. E. *Vicarius*, una cum filiis ejus legitimis dictus eſt, quingentorum Florenorum aureorum cenſu annuo conſtituto. Eadem quoque die aliis litteris (*c*) beneficiario jure nonnulla caſtra, ſcilicet *Maſſæ Lombardorum*, *Roncadelli*, *Zeppæ*, *Scantamantelli*, & *S. Agathæ*, ei conceſſit, ac pro cenſu unam *libram argenti puri* quotannis ſolvendam præſtituit. His aliis ejuſdem diei litteris (*d*) addidit *Bagnacavallum*, *S. Agathæ* caſtrum, loca & territoria *Barbiani*, *&* *Cunei*, *ac Zagonariæ*, pro quibus annis ſingulis centum Florenos auri *de Camera* ſolveret.

XI.
De Chaldæis in Cypro commorantibus quid ſtatuerit. Contra Manichæos in Boſnia, & Turcas pugnantibus veniam delictorum largitur.

Ad res fidei, & morum diſciplinam redeamus. De Chaldæis in regno Cypri commorantibus, de quibus alias dictum eſt, ut in fide atque communione Romanæ Eccleſiæ perſiſterent, *Nicoſienſi* Archiepiſcopo, (*e*) primum provinciam dederat, deinde aliis litteris die XIII. *Junii* (*f*) ſignatis, Chaldæorum conjunctionem cum Sancta Romana Eccleſia commemorans, *Tarſenſi* Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus commiſit, ut de Chaldæis in catholicæ Eccleſiæ communione retinendis curam gererent. Manichæi, qui latius in Boſnia ſerpebant,

(*a*) Ibid. lib. XI. pag. 195.
(*b*) Lib. XIX. Secret. pag. 21.
(*c*) Ibid. pag. 48.
(*d*) Ibid. pag. 86.
(*e*) Raynald. an. 1450. n. 14.
(*f*) Lib. VII. de Curia pag. 34.

Digitized by Google

bant, ac Turcæ vim inferentes, bello comprimendi erant a *Stephano* Boſniæ rege, cui ne auxiliis Pontifex deeſſet, Sanctione lata die XIII. *Junii* (*a*) Indulgentiarum præmia adverſus fidei hoſtes ſub regis ſignis pugnantibus largitus eſt. Ad eundem quoque regem, Legatum miſit (*b*) *Nicolaum* Epiſcopum Conſtantienſem. Naufragantium præterea calamitates paterne levare cupiens, ſolenmem hoc anno die XIII. *Novembris* (*c*) Conſtitutionem emiſit, qua gravioribus inflictis pœnis ſtatuit, naufragantium res & bona, ubicumque inventa fuerint, earum dominis eſſe vindicanda, ac reſtituenda.

Conſtitutio adverſus rapientes naufragantium bona.

XII. Conſtantinopolitana Pſeudoſynodus a nebulone quodam conficta.

Ad Orientis Imperium aliquantiſper deflectendum eſt. Circiter hunc annum Synodus habita fuiſſe Conſtantinopoli perhibetur a Græcis ſchiſmaticis in æde S. Sophiæ, quæ a loco *Sophiana Synodus* dicta eſt. Celebrata fuit poſt obitum (*d*) *Johannis* Imperatoris, *Conſtantino Dracoſe* ejus fratre jam imperante. Accitus a ſchiſmaticis ad Synodum fuiſſe fertur *Gregorius Meliſſenus* Conſtantinopolitanus Patriarcha, monituſque, ut ſui gregis curam gereret. *Gregorius* reſpondit, ſe definitioni Florentini Concilii ſubſcripſiſſe. A ſchiſmaticis dignitate idcirco pellitur, & *Athanaſius* ſurrogatur. Alia ab iis contra Concilii Florentini decreta ſtatuuntur: Græcos a Latinis deceptos eſſe, & ab Imperatore ad aſſentiendum Latinis adactos: de proceſſione Spiritus Sancti diſputatur, item de Romani Pontificis auctoritate, ac aliis contra Latinos. Verum hujuſmodi pſeudoſynodum Leo Allatius (*e*) confutat, & a nebulone quodam confictam eſſe affirmat. *Gregorius Meliſſenus* Romam anno 1451. confugit, excidium Byzantii prævidens.

Ad

(*a*) Ibidem pag. 60.
(*b*) Raynald. an. 1450. n. 13.
(*c*) Lib. VIII. de Curia pag. 49.
(*d*) Concil. tom. XIII. pag. 1365.
(*e*) Ibid. pag. 1373.

A. D. 1450.

XIII.
Æneas Sylvius Neapoli ſponſalia inter Leonoram Luſitanam, ac Fridericum Cæſarem ſtipulatur. De his certiorem Pontificem reddit, ac de voto Cæſaris Imperatoriæ coronæ ſuſcipiendæ. Pontificis reſponſum.

Ad lætiora ſermonem convertamus. *Æneas Sylvius* tum Epiſcopus *Tergeſtinus*, Friderici Cæſaris juſſu Neapolim tetendit (*a*), ibique nuptias inter *Leonoram* Luſitani regis ſororem, & eundem *Fridericum* Cæſarem pactus eſt. Hæc ſponſalia Neapoli inita ſunt coram *Alphonſo* rege, *Leonoræ* avunculo, *Johanne* Cardinali *Morinenſi* Apoſtolicæ Sedis Legato, Venetorum, Florentinorum, Mediolanenſium, & aliis pluribus civitatum Legatis, ac Duce Clivienſi adſtantibus. Duplex cura tum Cæſarem (*b*) tenebat, & uxoris ducendæ, & Romani Imperii coronæ de Pontificis manu accipiendæ. *Æneas* in reditu Romæ ſubſtitit, ac de ſponſalibus, deque Cæſaris voto pro Imperatoria corona ſuſcipienda Pontificem in ſacro Senatu certiorem fecit. Ad hæc Pontifex reſpondit, omnia ad coronationem parata eſſe, iter per agrum Venetorum videri tutum, hiemale tempus potius eligendum. *Æneas*, inſequenti anno (*c*) Cæſarem in Italiam venturum dixit, & Concilium, quod in Galliis petebant Galli, diſſuaſit. Hortatus & Pontificem eſt, ut *Johannem de Capiſtrano* (*d*) in Germaniam mitteret, quod & præſtitit, ut ſuo loco dicemus. Dum ad Cæſarem *Æneas* reverteretur, illius memor Pontifex (*e*), eum a Tergeſtina ad Senenſem ſedem tranſtulit.

XIV.
Obitus Henrici Cardinalis, Mediolanenſis Antiſtitis. Adventus in Urbem Cardinalium tit. S. Sabinæ, & tit. S. Anaſtaſiæ.

Nunc nonnulla, quæ ad S. R. E. Cardinales hoc anno pertinent, ſunt ſubjicienda. *Henricus Mediolanenſis* Antiſtes *tit. S. Clementis* presbyter Cardinalis, hoc anno die IV. menſis *Julii* (*f*) in Samnii partibus diem extremum obiit, cujus corpus Romam delatum in *titulo S. Cle-*

(*a*) Commentar. Pii II. lib. I. pag. 16.
(*b*) Idem in Hiſtor. Friderici III. pag. 39.
(*c*) Commentar. Pii II. Lib. I. pag. 17.
(*d*) Ibid.
(*e*) Ibid.
(*f*) Diar. Conſiſtor. Jacobi Radulphi.

A. D. 1450.

S. Clementis ſepultum eſt, litterato lapide metrice exarato, poſito, quem habes apud Ciaconium (*a*). Rumor hoc anno die XVI. menſis *Octobris* Romæ increbuit, *Ludovicum* Cardinalem *Arelatenſem* in Sabaudia obiiſſe; ita ex fama vulgi in Ephemerides Conſiſtoriales (*b*) retulit Jacobus Radulphi. Ab aliis ejus obitus ad diem XX. *Septembris* collocatur. Multa de eo habes in Annalibus Eccleſiaſticis: pro ſchiſmaticis plurimum decertaſſe conſtat, ac tandem reſipuiſſe. Miraculis poſt mortem coruſcaſse ferunt, ac tanquam Beatum, *Clementis* VII. Pont. Max. decreto coli; qua de re in Annalibus (*c*) Raynaldus. Hoc item anno die XXX. *Novembris* (*d*) ad Urbem pervenit *Guillelmus tit. S. Sabinæ* presbyter Cardinalis, *Metenſis* vulgariter nuncupatus, atque Flaminiam portam *pileatus*, ideſt rubeo pileo ornatus, ingreſsus, apud *S. Mariam de populo* pernoctavit. Craſtina die, prima *Decembris* in Apoſtolicum Senatum ad Vaticanum venit, ac ibi humaniter exceptus, domum a Cardinalibus deductus eſt. Die *Veneris* XI. *Decembris* fuit ei a Pontifice os apertum. Eadem vero die XI. *Decembris* (*e*) ad Urbem item acceſſit *Ludovicus de Varambone tit. S. Anaſtaſiæ* presbyter Cardinalis, Flaminiam portam *pileatus* eſt ingreſsus, apud *S. Mariam de populo* noctem egit, craſtina die ad Vaticanum profectus eſt, actiſque ex more coram Pontifice, & Patribus cæremoniis, domum a toto Cardinalium cœtu reductus eſt. Hæc ideo commemorare putavimus, ut intelligeremus, duos hoſce Cardinales, ſchiſmatis pridem fautores, & a *Nicolao* Pontifice, ut diximus (*f*), ex Apoſtolica benignitate in Cardinales iterum fuiſse aſsumptos, ac Romam venientes, benigne exceptos.

Obitus Ludovici Cardinalis Arelatenſis.

Ante-

(*a*) Tom. VI. pag. 925.
(*b*) Diar. Conſiſtor. ut ſupra.
(*c*) Ad an. 1450. num. 22.
(*d*) Diar. Conſiſtor. Jacobi Radulphi.
(*e*) Diar. Conſiſtor. ut ſupra.
(*f*) Ad an. 1449. §. XVIII.

A. D. 1450.

XV.
Roſæ aureæ, & gladius nonnullis Principibus dono miſſæ.

Antequam e ritibus cæremoniiſque ſacris egrediamur, non erit alienum huic loco inſerere, quibus Principibus *Roſæ aureæ*, atque *gladius* a Pontifice benedictione ſolemni ſtatis diebus donatæ, miſſæ ſint. Auream Roſam, quam in Dominica Adventus, quæ dicitur *Gaudete*, anno 1449. benedixit, litteris Apoſtolicis die *prima Januarii* (*a*) ineuntis anni 1450. datis, *Ludovico de Campo Fregoſo* Genuenſium Duci dono miſit. Eam vero, quam die xv. *Martii* in hujus anni Dominica *Lætare*, benedixit, *Lantragavio Thuringiæ*, Haſſiæ Comiti ex ſtirpe Beatæ Eliſabeth, pietate claro, deſtinavit (*b*). Gladium cum clypeo nocte Nativitatis Dominicæ benedictum *Alberto Auſtriæ*, Cæſaris germano, utpote digniori, licet antea Cliviæ Principi promiſſum (*c*), deferendum cenſuit.

XVI.
Jubilei pleniſſimam Indulgentiam nonnullis regnis, ac Provinciis concedit.

Ad annum Sanctiorem, unde hujus anni initia auſpicati ſumus, revertamur. Sacratiſſimos Eccleſiæ theſauros, quos Pontifex hoc anno pro iis, qui ad urbem ſacram religionis ergo venirent, reſeravit, ad exteras etiam gentes, quibus iter ad Urbem facere non licebat, ſicuti Dei diſpenſator, protulit. Plures ejus ea de re habentur Apoſtolicæ litteræ, quas Raynaldus (*d*) commemorat. Hujuſmodi ſunt, quæ *Johanni Caſtellæ & Legionis* regi, *Alphonſo Aragonum & Siciliæ* regi, *Johanni Navarræ*, *Renato Jeruſalem & Siciliæ* regibus, eorumque regnorum reginis, ac aliis regnis, & pluribus Provinciarum Præſulibus datæ ſunt. Certas leges ad lucrandum hujuſmodi ſacrum theſaurum præfinit, habita regnorum, & regionum ratione. Exemplo erunt litteræ ad preces *Johannis Huniadis*, & procerum regni Hunga-

(*a*) Raynald. an. 1450. n. 19.
(*b*) Mejerus lib VI. Annal. Flandr.
(*c*) Commentar. Pii II. pag. 17.
(*d*) Ad an. 1450. n. 6.

Hungariæ datæ hoc anno die iv. *Aprilis* (*a*). Pleniſſimam delictorum veniam omnibus vere pœnitentibus & confeſſis concedit, qui per tres dies continuos, vel interpolatos hujus anni uſque ad feſtum Nativitatis Dominicæ proxime futurum viſitarent Eccleſiam cathedralem Varadienſem, & collegiatam ejuſdem civitatis, & Eccleſiam B. Mariæ loci Albenſis, Veſprimienſis diœceſis: & pecuniam inſuper ibidem offerrent, quam inſumerent, ſi de regno ipſo ad Urbem accederent, ac in Urbe per dies quindecim commorati eſſent. Cavet poſtremo, ne quis ex Hungarico regno exiret, niſi cauſſa movendi bellum adverſus Infideles. Ejuſmodi litteras de Jubileo lucrando, ad preces Caſimiri regis, hoc anno die vii. *Decembris* (*b*) edidit, quoniam Tartari in Poloniam irruperant, atque damna permulta intulerant. Nonnullas certas conditiones in his litteris præſcribit, tempori, atque regioni accommodatas.

A. D. 1450.

XVII. Nicolaus de Cuſa Cardin. in Germaniam Legatus mittitur.

Extrema hujus anni claudet Apoſtolica ad Germanos a Pontifice decreta Legatio. Eam hæreſes, & collapſa apud Germaniæ populos morum diſciplina depoſcebant. Delectus eſt muneri ampliſſimo obeundo *Nicolaus de Cuſa tit. S. Petri ad vincula* presbyter Cardinalis, Græce, Latine, & Ebraice doctus, qui Pontificiis litteris die xxviii. *Decembris* (*c*) datis, Apoſtolicæ Sedis per Germaniam Legatus de latere dictus eſt, ſummaque poteſtate munitus. Iter ſtatim arripuit; nam die xxxi. *Decembris* (*d*) Roma diſceſſit, in Germaniam profecturus. Quæ ibi geſſerit, ſuo loco dicturi ſumus.

(*a*) Ibid.
(*b*) Ibid. n. 9.
(*c*) Lib. vii. Secret. pag. 17.
(*d*) Diar. Conſiſtor. Jacobi Radulphi.

A. D. 1451.

I.
Approbatio concordiæ inter Alphonſum regem, & ditionum illius Clerum de ſolutione decumarum belli ſacri cauſſa.

AB *Alphonſo* Aragonum rege Pontificia hujus anni geſta exordiemur. Studio deliniendi eundem regem ad ſacrum bellum nonnulla hoc anno Pontifex Apoſtolicis ad ejus preces litteris aut decrevit, aut conceſſit. Inita inter ipſum regem, & clerum regnorum Valentiæ, Majoricarum & Minoricarum, & Comitatuum Roſſilionis, ac Ceritaniæ de ſolvendis decumis pro bello ſacro, concordia eſt, quam ob rem *Jo:* Cardinalis *Morinenſis* (*a*) fuerat ablegatus. Eam Pontifex Apoſtolica auctoritate die xxv. *Januarii* (*b*) probavit.

Roſa aurea Alphonſo regi miſſa.

Eidem regi, quo erga illum Pontificiæ voluntatis ſigna demonſtraret, *Roſam auream*, Dominica *Lætare* hujus anni benedictam, una cum Apoſtolicis litteris die xx. *Aprilis* [*c*] datis, dono miſit.

Acceptilatio de ſolutione cenſus pro Regno utriuſque Siciliæ.

Quum vectigal pro utriuſque Siciliæ Regno *Alphonſus* hoc anno in pervigilio Apoſtolorum Petri & Pauli perſolviſſet, eadem die xxviii. *Junii* Apoſtolicas litteras [*d*] Pontifex edidit, quibus idem vectigal ſeu cenſum acceptum retulit.

Conceſſio quorundam caſtrorum in Inſula Corſicæ ab Eugenio iv. contra jus Alphonſi regis facta, irrita declaratur.

In Corſica Inſula quum per *Eugenium* iv. contra jus *Alphonſi* regis conceſſa Genuenſibus caſtra quædam fuiſſent, conceſſionem hujuſmodi, litteris die iv. *Julii* (*e*) latis, irritam eſſe decrevit, Genuenſes vero occupatores eſſe ſtatuit.

Conſtitutio adverſus delinquentes in ditione Romanæ Eccleſiæ, & regno utriuſque Siciliæ, ac alio confugientes.

Ex parte quoque ad *Alphonſum* pertinet Conſtitutio hoc anno die v. *Auguſti* (*f*) a Pontifice edita, qua ſanxit, ut delinquentes in ditione Romanæ Eccleſiæ, & *Alphonſi* Aragonum atque utriuſque Siciliæ regis, ſi in aliena imperia ſe reciperent, caperentur, atque vincti detinerentur.

II.
Sanctiones variæ de rebus fidei, & morum.

Permulta autem hoc anno editis Sanctionibus decrevit, quæ in certum ordinem redigere non facile videtur.

(*a*) Supra ad an. 1450. §. ix.
(*b*) Lib. xiii. de Curia pag. 166.
(*c*) Lib. xix. Secret. pag. 1.
(*d*) Lib. xii. de Curia pag. 81.
(*e*) Lib. xii. Secret. pag. 10.
(*f*) Lib. xii. de Curia pag. 32.

Digitized by Google

A. D. 1451.

tur. Eas primum referemus, quæ ad fidem, moreſque pertinent, alias deinde conglobatim ſubjiciemus. Fratri *Simoni de Candia* in Achaja, ſeu Græcorum Provincia contra hæreticam pravitatem Quæſitori, Apoſtolicis litteris die XIII. *Februarii* (*a*) latis, mandavit, ut quendam *Fraticellum de Opinione* nuncupatum, *Papam* ſeſe venditantem, & aſſerentem, & in civitate Athenarum commorantem, capiendum curaret. Adverſus Germanos, qui ad ſingulare certamen, ideſt duellum provocarent, aut injuriis quomodolibet ſe afficerent, tam laicos, quam regulares, Apoſtolica Sanctione die IX. *Februarii* (*b*) edita, graviſſimas eſt pœnas comminatus. Adverſus item eos Chriſtifideles, qui cum *Judæis*, & *Saracenis* communicarent, novam Conſtitutionem die XXV. *Februarii* (*c*) emiſit, litteraſque Apoſtolicas Romanorum Pontificum ea de re alias editas, innovavit. Aliam præterea Sanctionem die XX. *Novembris* (*d*) vulgavit contra eos, qui in regnis Caſtellæ, & Legionis Judæorum, vel Saracenorum ritus & cæremonias, alioſque ſuperſtitioſos cultus uſurparent, in quos pœnis canonicis animadverti juſſit. Eadem quoque die (*e*) pœnas decrevit in communicantes cum Saracenis, vel quomodolibet auxilia ferentes, aut arma, aut alia vetita iiſdem Saracenis præbentes, aut ea ex regnis Caſtellæ & Legionis aſportantes. Iis contra, qui *Johanni Caſtellæ* & Legionis regi adverſus Saracenos auxiliarentur, litteris eadem die datis (*f*) Indulgentiarum præmia largitus eſt. Aliis litteris eadem die XX. *Novembris* (*g*) datis, *Toletanos* majeſtatis reos ad obedientiam *Johannis Caſtellæ* regis reverſos, & cenſuris irretitos, abſolvit. Quum vero In-

Quæſitori in Provincia Græcorum mandatur, ut quidam impoſtor, qui ſe Papam aſſerebat, capiatur.

Conſtitutio adverſus Germanos ad duellum provocantes, vel injuriis ſe afficientes.

Conſtitutio adverſus eos, qui cum Judæis, & Saracenis communicant.

Contra Judæorum, & Saracenorum ritus in regnis Caſtellæ & Legionis uſurpantes.

Pœnæ decretæ in communicantes cum iiſdem Judæis, & Saracenis.

Indulgentiarum præmia conceſſa, regi Caſtellæ auxilia ferentibus.

Toletanis venia data.

 dul-

(*a*) Lib. VIII. de Curia pag. 350.
(*b*) Ibid. pag. 279.
(*c*) Lib. IX. de Curia pag. 350.
(*d*) Lib. XV. Secret. pag. 4.
(*e*) Ibid. pag. 5.
(*f*) Ibid. pag. 14.
(*g*) Lib. XV. Secret. pag. 6. & ſeq.

A. D. 1451.

dulgentiarum præmia jam propoſita eſſent pecuniam generatim, vel *tres aureos* nummos pro bello ſacro a *Johanne* rege contra *Granatenſes* gerendo conferentibus, ac lis de aureorum valore orta eſset, ſumma trium aureorum a Pontifice, litteris eadem die xx. *Novembris* [*a*] latis, *ad ducentos Marabotinos* reducta eſt. Denique die XXIX. *Novembris* (*b*) ejuſdem Caſtellæ regis decretum de neophytis ad honores ac dignitates admittendis, confirmavit.

III. Nicolaus de Cuſa Germaniæ Legatus Concilium Moguntinum celebrat. Anglica, & Burgundica Legatio ei decernitur. Aliæ hujus anni Apoſtolicæ Legationes.

Ad Apoſtolicæ Sedis Legatos nunc nos rerum ordo vocat. *Nicolaus de Cuſa* presbyter Cardinalis in Germaniam profectus, *Moguntinum* Concilium celebravit. Ejus Acta apud Labbeum (*c*) deſiderantur, quod ad ejus manus non pervenerint. Quum vero pacem inter Chriſtianos Principes ſtatuere ſummopere Pontifex optaret, die XIII. *Auguſti* (*d*) Apoſtolicis litteris eundem *Nicolaum* Angliæ Legatum dixit, ac biduo poſt aliis litteris (*e*) *Burgundiæ* eum quoque Legatum creavit. In mandatis ei datum, ut *Philippum* Burgundiæ Ducem ad pacis ſtudia hortaretur; ac item pacem inter *Carolum* Gallorum, & *Henricum* Anglorum reges, ac eorundem regnorum magnates ineundam curaret. Ea de cauſsa eadem die XIII. *Auguſti* (*f*) Apoſtolico diplomate *Guillelmus de Eſtoutevilla tit. S. Martini in montibus*, tunc preſbyter Cardinalis, ampliſſima pro pace ineunda poteſtate munitus, Apoſtolicæ Sedis in regno Francorum Legatus dictus eſt, ac Legationis jus in *Biſuntinum*, & *Lugdunenſem* Archiepiſcopatus, in *Delphinatum*, *Sabaudiam*, *Britanniam*que *minorem* prolatum eſt. Bellum acerrimum inter *Carolum* Francorum, & *Henricum* Angliæ reges

Legatio Cardinalis de Eſtoutevilla.

(*a*) Ibid. pag. 14.
(*b*) Lib. XIV. Secret. pag. 20.
(*c*) Concil. Tom. XIII. pag. 1378.
(*d*) Lib. XIII. de Curia pag. 181.
(*e*) Ibid. pag. 83.
(*f*) Lib. XIII. Secret. pag. 20.

reges ardebat, cujus belli culpam in Anglos nonnulli (*a*) vertunt. Quum utrinque variæ horrendæque cædes orirentur, *Nicolaus* Pontifex, tanquam omnium Chriſtifidelium pater, ne tantus chriſtianorum cruor effunderetur, Apoſtolicæ Sedis Legatos ad eoſdem reges mittere decrevit. Ubi in Legationis Provincias Legati venere, brevi bellum, non fœderibus, aut pace, ſed cruenta pugna confectum conſpexere. Nam a *Carolo* rege Angli ex Gallia exacti ſunt; idque ultione divina factum tradunt (*b*), propterea quod inducias violaſſent, cenſuraſque Eccleſiaſticas in eos, tanquam fœdifragos, inflictas contempſiſſent. Maximas de parta victoria *Carolus* rex immortali Deo gratias egit, ſolemneſque ſupplicationes ſtata die annis ſingulis decrevit. Egerunt præterea Pontificis juſſu Legati (*c*) apud eoſdem reges, ut pacem inirent, & arma in Turcas conjunctis viribus converterent. Gallorum rex Pontificis monitis, ſe libenter pariturum reſpondit; non ita vero Anglus, qui idoneum tempus de pace agendi futurum dixit, cum Angli amiſſas in Galliis urbes recuperaſſent. Quare Legati ſine ulla pacis conficiendæ ſpe, provincia ceſſere. Ad ſeptemtrionales plagas, inſtaurandæ pacis in illis regionibus cauſſa, *Bartholomæum* Epiſcopum *Coronenſem*, Apoſtolico diplomate die XXIII. *Junii* (*d*), Legatum in *Sveciæ*, *Daniæ*, *Norvegiæ*, atque *Cotiæ*, ideſt *Gothiæ* regnis creavit, & facultatibus ad id ornavit. In Germaniam tandem hoc anno, *Friderico* Romanorum rege dudum rogante (*e*), ablegatus eſt *Johannes de Capiſtrano Minorita*, quem nunc inter cælites relatum colimus, atque (*f*) *Commiſſarii Pontificii*, *&* *Generalis Inquiſitoris*, ut trito vocabulo utamur, nomine inſignivit. Poteſtate autem ampliſſima Ponti-

Epiſcopus Coronenſis, Sveciæ, Daniæ, Norvegiæ, & Gothiæ Legatus.

Johannes de Capiſtrano in Germaniam a Pontifice amandatur. Ejus geſta.

(*a*) Monſtrelet. vol. 3. pag. 40.
(*b*) Raynald. an. 1451. n. 8.
(*c*) Ibid. num. 9. 10.
(*d*) Lib. II. Offic. pag. 178.
(*e*) Supra ad an. 1450. §. XIII.
(*f*) Vvading. ad an. 1451. n. 1.

A. D. 1451.

Pontifex litteris Apoſtolicis die XXVIII. *Octobris* (*a*) Capiſtranum donavit, abſolvendi ſcilicet a poenis atque Eccleſiaſticis cenſuris (in foro conſcientiæ dumtaxat) omnes & ſingulos, qui ſub *utraque ſpecie* communicaſſent, erroribus tamen & hæreſibus prius ejuratis. Indulgentiarum præmia præterea conceſſit iis Chriſtifidelibus, qui *Capiſtrani* concionibus intereſſent, aliiſque pietatis operibus ei præſto eſſent. Præmiſſus ante *Capiſtranus* a Pontifice in Liguriam fuerat ad verbum Dei prædicandum, atque Apoſtolicis litteris die x. *Maii* (*b*) datis præmunitus. In Germaniam igitur cum ſociis duodecim (*c*) profectus, formulam fidei pro reconciliandis hæreticis ſecum deferens, Bohemiam verſus (*d*) iter arripuit; at in regnum illud, hæreticis (*e*) obluctantibus, penetrare non potuit. Erat enim *Rockyzanæ* ſummopere (*f*) inviſus, cui *Capiſtranus* reſcripſit (*g*), ſe ad colloquium paratum eſſe. Litteras etiam dedit *Capiſtranus* (*h*) *Georgio Podiebrachio*, ut ad bonam frugem Bohemos tranſduceret. Ex Minoritis item Fratrem *Eugenium Sommam* Pontifex per Apoſtolicas litteras die XX. *Septembris* (*i*) datas, Nuncium Apoſtolicum ad *Albaniæ*, *Bulgariæ*, & *Raſſiæ* regiones dixit, eique inter alia hoc etiam tribuit, ut pleniſſimam in mortis articulo Indulgentiam concederet iis, qui contra Infideles pugnarent.

Eugenius Somma Nuncius Apoſtolicus in Bulgariæ, Albaniæ, & Raſſiæ regiones miſſus.

IV.

Æneæ Sylvii geſta apud Bohemos. Ejuſdem cum Taboritis, Podiebrachio, & Rockyzana colloquium.

At ad Bohemos recurrat oratio. Æneas Sylvius ex Tergeſtina ad Senenſem ſedem a Pontifice anno ſuperiori translatus, ubi ex Italia in Germaniam ad Cæſarem reverſus eſt (*k*), quum regni comitia *Pragæ* a Bohemis cele-

(*a*) Ibid. n. XXXIV.
(*b*) Vvading. ut ſupra n. VI.
(*c*) Ibid. num. VII.
(*d*) Ibid. num. XII.
(*e*) Ibid. num. XVII. XX.
(*f*) Ibid. num. XXIV.
(*g*) Ibid. num. XXVI.
(*h*) Ibid. num. XXX.
(*i*) Ibid. num. XLVII.
(*k*) Pii II. Commentar. Lib. I. pag. 17.

celebranda eſſent, ut eorum rebus conſulerent, quia *Ladiſlaum* in regem habere non poterant, eo a Cæſare cum aliis proceribus miſſus eſt. Cum *Taboritis* tunc celebrem diſputationem habuit (*a*), quam *Johanni* Cardinali *S. Angeli* per epiſtolam die XXI. *Auguſti* hujus anni, *Nebauſi*, ſeu in *nova Civitate* datam miſit, & inſcripſit. Raynaldus plura de Æneæ colloquio (*b*), ac de *Georgio Podiebrachio* refert, ægre nimirum Bohemos tuliſſe, quod Cæſar *Ladiſlaum* regem ſecum in Italiam adducere vellet; idcirco alium ſe in regem electuros minitatos eſſe: Æneam in colloquium cum *Georgio Podiebrachio* veniſſe, eique ante oculos poſuiſſe, magnam ſe a Pontifice, & a *Ladiſlao* rege gratiam initurum, ſi Bohemos ad orthodoxam fidem amplectendam ſuaderet. Conquerebatur *Georgius*, pactiones cum Baſileenſi Synodo fractas fuiſſe, *Cardinalem S. Angeli* eas minime inſtaurare voluiſſe. Ad hæc Æneas, violatum potius a Bohemis fuiſſe fœdus, quòd non ſola ſub utraque ſpecie communione contenti, eos qui ſub una tantum ſpecie communicarent, damnarent. Conqueſtus eſt etiam *Georgius* (*c*), *Rockyzanam*, *Sigiſmundi* Imperatoris aſſenſu, olim *Pragenſem Archiepiſcopum* deſignatum, a capienda illius ſedis poſſeſſione prohiberi. Reſpondit Æneas, *Rockyzanam* contra fas non a Canonicorum cœtu, ſed a plebe contra Eccleſiæ Latinæ ritum fuiſſe electum; publica hæreſeos infamia laborare, propterea jure a Romano Pontifice in Archiepiſcopum confirmandum non fuiſſe. *Georgium* denique hortatus eſt, ut *Johanni Capiſtrano*, viro ſancto venienti omnia aperiret, ejuſque conſilia amplecteretur. His conventus Pragenſis ſolutus eſt; a Taboritis deinde honorifice ſuſceptus Æneas, multa de eorum erroribus diſſeruit.

Nonnul-

(*a*) Ibid. pag. 18. Pii II. Oper. Epiſt. cxxx. lib. I.

(*b*) Ad an. 1451. n. 11. & ſeq.

(*c*) Ibid. num. 12, 13.

A. D. 1451.

V.
Errata nuperi Sciptoris Hiſtoriæ Baſileenſis Concilii de Rockyzana.

Nonnulla porro a nupero quodam Hiſtoriæ Concilii Baſileenſis Scriptore (*a*) recenſentur, quæ ſi æqua trutina expendas, ab Hiſtoriæ fide aliena eſse reperies. Perinde enim loquitur, ac ſi *Johannes* Cardinalis *S. Angeli* hoc anno menſe *Auguſto* Legati munere in Germania defungeretur, colloquiumque cum *Rockyzana* per idem tempus habuiſset, qui inurbane a Legato exceptus, ad Græcorum ritum tranſire deſtinavit. Certe quidem *Johannes Carvajalius*, Cardinalis *S. Angeli* multo ante hos dies provincia ceſserat. Legatus enim in Germaniam initio hujus anni venerat *Nicolaus de Cuſa* Cardinalis, & *Johannes S. Angeli* hoc anno Romæ ſubſtitit. Quid? quod ipſa Æneæ epiſtola nodum ſolvit, quæ initio ſic habet: *Quamvis apud Bohemos Apoſtolicæ Sedis legationem obieris, & omnes illius gentis mores opinioneſque noſcas &c.* Quid his clarius?

VI.
Numerus Clericorum Cameræ Apoſtolicæ ad ſeptem a Pontifice redactus. Ærarii Apoſtolici juribus providet.

Ad urbanas igitur *Nicolai* Pontificis curas revertamur. Ærarii, ac rerum fiſci Quæſtores, quos Cameræ Apoſtolicæ Clericos vocant, ad præfinitum numerum redegit. Lata enim Conſtitutione die XIII. *Aprilis* (*b*) decrevit, ut iidem Cameræ Apoſtolicæ Clerici in poſterum ſeptem tantummodo eſsent; cæteros, præter hunc numerum, in cœtibus ordineque eorum locum habere vetuit. Alia Sanctione die XV. *Maii* (*c*) edita conſtituit, ut donationes, quæ fiunt in detrimentum ac jacturam ærarii, ſeu Cameræ Apoſtolicæ, ac dotium mulierum, nullius momenti ac roboris eſsent, immo irritæ ac nullæ haberentur. Indemnitati etiam publicorum vectigalium conſuluit, litteris datis die IV. *Novembris* (*d*), quibus pœna

Donationes in detrimentum Cameræ Apoſtoſtolicæ, & dotium, irritæ ſint.

Pœnæ in eos decretæ, qui ſalem alio deferunt, aut clam conficiunt.

(*a*) Lenſant Hiſtor. Concil. Baſileenſ. Lib. XXIII. num. 1. & ſeq.
(*b*) Lib. X. de Curia pag. 193.
(*c*) Ibid. pag. 279.
(*d*) Lib. XIV. de Curia pag. 48.

pœnas in eos ſtatuit, qui ſalem alio deferrent, aut clam conficerent.

VII. Gallicani caſtrum Pontificis decreto Lucenſibus reſtituitur. Glaſcovienſe gymnaſium inſtituit, Cadomenſe confirmat.

Ad externa pauliſper nos convertamus. Diſſidia inter *Lucenſes*, & *Ateſtinos* Marchiones exorta erant, ac bello, quod inter *Florentinos* & *Lucenſes* geſtum eſt, caſtrum *Gallicani a Borſio* Marchione Ateſtino fuerat occupatum. Hujuſmodi ſimultates Apoſtolicis litteris die XXVIII. *Martii* (*a*) datis, Pontifex compoſuit, reſtituique *Lucenſibus* caſtrum illud mandavit. Quo ſtudio pacandis populis Pontifex vacabat, eodem ad fovendas per orbem catholicum litteras, ac ad gymnaſia publica excitanda, privilegiiſque ornanda flagrabat. Itaque hoc etiam anno die VII. *Januarii* (*b*) Apoſtolico diplomate *Glaſcovienſe* gymnaſium in Scotiæ regno excitari permiſit. Aliis vero litteris die VIII. *Julii* (*c*) datis, inſtitutionem *Cadomenſis* gymnaſii ab *Eugenio* IV. factam confirmavit.

VIII. Privilegia Fratrum Ord. Prædicatorum confirmat. Diſquiſitiones de Vincentii Ferrerii virtutibus haberi mandat. Templum in honorem S. Bernardini in urbe Aquila excitari indulget.

Alia præterea hoc anno Pontifex ſancivit, quibus regularium diſciplinæ, Eccleſiaſticæ Hierarchiæ decori, atque ſervorum Dei cultui promovendo proſpectum eſt. Regularis inſtituti Fratrum Ordinis Prædicatorum privilegia a Romanis Pontificibus jam conceſſa, ipſe etiam Apoſtolicis litteris die VI. *Auguſti* (*d*) editis approbavit. Inſuper diſquiſitiones de vita & miraculis *Vincentii Ferrerii*, ejuſdem Ordinis, anno 1419. vita functi, per *Georgium Epiſcopum Præneſtinum*, *Alphonſum tit. SS. Quatuor Coronatorum*, & *Johannem S. Angeli Diaconum*, S. R. E. Cardinales, quos ad id delegit, habendas eſſe, litteris aliis die XVIII. *Octobris* (*e*) da-

N tis,

(*a*) Lib. XI. Secret. pag. 101.
(*b*) Lib. IX. Secret. pag. 212.
(*c*) Lib. XII. de Curia pag. 267.
(*d*) Lib. XVI. de Curia pag. 170.
(*e*) Lib. XIV. Secret. pag. 34.

Digitized by Google

A. D. 1451.

tis, mandavit. Ea de re enixe Pontificem demiſſis precibus deprecati fuerant *Petrus Britanniæ* Dux, in cujus dynaſtia *Vincentius* obierat, *Johannes Caſtellæ* & *Legionis* rex, ac *Alphonſus Aragonum* item rex, ut teſtium dicta de admirandis ejus virtutibus ac ſignis in publicas tabulas referri juberet; quibus deinde rite matureque expenſis, Sanctorum numero adſcribi poſſet. Hoc etiam Pontifex ad Sancti *Bernardini* Senenſis, anno ſuperiori Sanctorum catalogo adnumerati, cultum augendum, Aquilanis petentibus, indulgendum cenſuit, ut eis in eorum urbe liceret, templum in ejuſdem Sancti viri honorem extruere, quod Apoſtolicis litteris die XXII. *Septembris* (*a*) hoc anno editis, benigne conceſſit.

IX. Patriarchatus Gradenſis Venetias transfertur.

Illud autem ſplendoris Venetorum Reipublicæ Pontifex contulit, ut Patriarchatum Gradenſem cum ſuis juribus in ipſam Venetiarum urbem, quo ipſius urbis amplitudinem, majeſtatemque magis ornaret, hoc anno transferret. Edidit igitur Apoſtolicum diploma die VIII. *Octobris* (*b*), *anno Pontificatus quinto* datum, quo Caſtellanum Epiſcopum (ita enim antea, qui Venetis præerat Epiſcopus vocabatur) ſuſtulit, atque *Laurentium Juſtinianum*, qui tunc eam ſedem moderabatur, quique corona Præſulum ab *Eugenio* Pontifice dici conſuevit, qui demum in Sanctorum numerum relatus eſt, ſucceſſoreſque ejus, Venetiarum Patriarchas conſtituit. Neſcio vero qua de cauſſa hujus translationis epocha a Raynaldo (*c*) in annum Chriſti 1450. conferatur, quum ex Apoſtolico *Nicolai* diplomate, manifeſtum ſit, eam anno Chriſti 1451. alligandam eſſe. De hujuſmodi translatione antea agitatum fuerat, uti Bernardus Juſtinianus (*d*) narrat, ſed pertimuerant Veneti, ne Patriarchalis

(*a*) Vvading. ad an. 1451. n. XXXVIII.
(*b*) Apud Ughel. tom. V. pag. 1362.
(*c*) An. 1450. n. 19.
(*d*) In Vita Laur. Juſtiniani c. VIII.

chalis dignitas Venetias tranſlata politicæ rei officeret. Permotos vero Laurentii virtutibus, ac ſumma ejus humilitate victos; Ducem ipſum a Laurentio petiiſſe, ut id muneris ſuſciperet, quum rem eandem ab *Eugenio* IV. ſæpius tentatam, idemmet Dux impugnaſſet, memoratus Bernardus auctor affirmat.

X.
Interitus Amuratis, Mahometes ſuccedit, qui Cypri regnum vexat. Quid actum a Pontifice pro ſuppetiis regi Cyprio ferendis.

Nunc ad Orientis res eſt oratio convertenda. Interiit hoc anno *Amurates* Turcarum tyrannus, quo ſublato, & fama de ejus interitu in Occidentem perlata, maxima ſpes apud Chriſtifideles de exſcindendis Turcarum viribus eſt exorta. At ea fallax fuit; nam *Mahometes*, qui ei ſucceſſit, ingentibus copiis in *Johannem Cypri* regem bellum eſt adortus. Ubi id accepit Pontifex, ad ſuppetias Cypri regi ferendas encyclicis litteris die XII. *Auguſti* (*a*) hujus anni ad *Fridericum Romanorum* regem, ad *Hungariæ*, *Poloniæ*, *Sueciæ*, *Norvegiæ*, *Bohemiæ*, *Siciliæ*, *Angliæ*, & *Scotiæ* reges datas, graviſſimis verbis eſt cohortatus. Eundem quoque Cypri regem per epiſtolam eadem die ſcriptam (*b*) monuit, ut *Nicoſiæ* urbis mœnia perficeret, urbemque ipſam adverſus hoſtiles incurſus muniret. Indulgentias demum pleniſſimas aliis litteris eadem die datis (*c*) univerſis Chriſtifidelibus impertitus eſt, qui auxilia, & opem eidem Cyprio regi conferrent.

XI.
Pontificis Epiſtola ad Imperatorem Græcorum de eorundē ſchiſmate, & erroribus.

Opem etiam & auxilia adverſus Turcas a Pontifice petitum Romam Legatum miſerat Andronicum Brienium *Conſtantinus* Græcorum Imperator. Conſtantino vero ſatis longam & gravem epiſtolam die XI. *Octobris* (*d*) Pontifex reſcripſit, quam Græce verti fecit per Theo-

do-

(*a*) Lib. XII. Secret. pag. 167. & ſeq.

(*b*) Ibid. pag. 170.

(*c*) Ibid. pag. 160.

(*d*) Exft. Græce & Latine inter Opuſcula aurea Petri Arcudii pag. 686. apud Raynald. an. 1451. n. I. & ſeq. & in Cod. Vat. 3678. pag. 171. ubi mendoſe librarii vitio, data dicitur V. Kal. Octobris.

A. D. 1451.

dorum Gazam. Deflet autem Pontifex Græcorum duritiem, & pervicaciam. Conſtantinum hortatur, ac monet, ut eoſdem Græcos ad conjunctionem cum Eccleſia Romana, quæ per Concilium Florentinum facta erat, amplectendam inducat. Mala commemorat, quæ Græcorum imperio acciderunt, & nunc imminent, cujus excidium prævidet. Si ſchiſma exſcinderet, ampliſſima auxilia ad Turcas profligandos expectaret. *Nicolai* verba tot oracula fuiſſe, Gennadius (*a*) tradidit; nam & Conſtantinopolis capta eſt, & ipſe Imperator miſere interfectus, ut ſuo loco viſuri ſumus. Ad coercendum vero eorum nefas, qui arma, vel commeatus, aliaſve merces vetitas in Ægyptum, aut ad Infidelium terras inveherent, pœnas canonicas in eos, edita Conſtitutione die XXIII. *Decembris* (*b*), promulgavit.

XII. Obitus nonnullorum S.R.E. Cardinalium.

Notandus quoque & hic annus eſt ob nonnullorum ex ampliſſimo Cardinalium cœtu obitum. Deceſſit in primis, ut præmonuimus (*c*), *Idibus Januarii*, *Amedeus* Sabaudus; deinde Romæ die IX. *Septembris Johannes*, Cardinalis *Morinenſis* appellatus: item Romæ die XXI. ejuſdem menſis *Ludovicus* Cardinalis de *Varabona*, ſeu de *Varambone*, qui, ſchiſmate ejurato, & a *Nicolao* inter Cardinales adſcito, Romam menſe Decembris anni ſuperioris venerat. Die vero X. *Octobris*, Romæ etiam obiit *Aſtorgius* Cardinalis *Beneventanus*, qui in cavædio cœnobii S. Mariæ ſupra Minervam, monumento poſito, ſepultus eſt. Ita de tribus hiſce Cardinalibus, qui Romæ diem extremum hoc anno clauſere in commentaria retulit Jacobus Radulphi Sacri Collegii Clericus a nobis ſæpe commemoratus.

Hujus

(*a*) Gennadius pro Concilio Florentino cap. V. ſect. XIV.

(*b*) Lib. XIII. Secret. pag. 302.

(*c*) Supra ad an. 1449. §. XIII.

A. D. 1451.

XIII. Æneas Sylvius in Italiam a Cæſare miſſus ad excipiendam Leonoram ejus ſponſam. Metus Pontifici incuſſus de Cæſaris in Italiam adventu, diſſolvitur.

Hujus anni poſtrema claudet Æneas Sylvius Epiſcopus Senenſis, qui poſt Pragenſem conventum, una cum aliis Friderici Cæſaris Legatis, quum jam *Leonora* ejus ſponſa e Luſitania ad Telamonem agri Senenſis portum navibus deducenda eſſet, ad eam excipiendam præmiſſus eſt (*a*), propediem & ipſe Cæſar in Italiam ad ſuſcipiendum Imperii diadema, iter facturus. At ob futurum Cæſaris adventum Italia rumoribus impleta eſt (*b*). In primis timere Pontifex; nam vulgari tum, *Fridericum* poſt acceptam Imperii coronam, Eccleſiam Romanam aggreſſurum: in fatis eſſe ante diem XIII *Kal. Aprilis*, ſeu die XX. *Martii* Pontificem moriturum, aut in captivitatem venturum. His cognitis, *Nicolaus* Pontifex litteras Cæſari dedit ab Henrico Senfletben (*c*) perferendas, eique negocium datum, uti Cæſari perſuaderet, ne Romam & in Italiam tam cito properaret, in æſtatem potius differret, annonæ caritatem inter cætera cauſſatus. In eam quoque ſententiam Pontifex Æneæ Sylvio (*d*) in urbe Senarum tum commoranti litteras ſcripſit, juſſitque, ut ſine mora Romam veniret. Æneas excuſationem prætexuit, reſponditque, ſe ad Telamonis portum, Cæſaris ſponſam præſtolari; nihil Pontifici timendum de iis, quæ vulgo circumferebantur. Significavit etiam æquum non eſſe, Cæſaris adventum hiemali tempore conſtitutum, impedire. His permotus Pontifex, Cæſari ſcripſit, ut quando luberet, itineri ſe committeret.

PRI-

(*a*) Pii II. Commentar. lib. I. pagina 18. Idem in Hiſtor. Friderici III. pag. 43.

(*b*) Hiſtor. Friderici III. pag. 45.

(*c*) Ibid.

(*d*) Ibid.

A. D. 1452.

I.

Friderici Cæſaris in Italiam adventus ad ſuſcipiendam Imperii coronam. Ab Italis Principibus munifice excipitur.

PRIMUM igitur hoc anno locum tenebit ſolemnis *Friderici* Cæſaris in Romanorum Imperatorem inauguratio, de qua pluribus Æneas Sylvius, & alii. Audiendus eſt autem in primis idem Æneas (*a*), qui narrat, ſub exitum anni ſuperioris, Cæſarem e Germania moviſſe, ac dies plurimos ejus iter retardaſſe motus in Germania excitatos. In Italiam pedem intulit ipſis *Kalendis Januariis* hujus ineuntis anni, non multis militaribus copiis ſtipatus, comitantibus vero (*b*) *Ladislao* Hungariæ & Bohemiæ rege pulcherrimo adoleſcentulo, *Alberto* Auſtriæ Duce, ejuſdem *Friderici* Cæſaris fratre, Duce *Sleſiæ*, & Domino *de Meindeburch*, aliiſque proceribus: numerus omnium, tam militum, quam comitum ad quinque, vel ſex millia hominum computatus eſt. A Venetis, *Tarviſii*, *Pataviique* honorifice in primis exceptus, *Ferrariam* die XVII. *Januarii* pervenit, ubi a *Borſio* Ateſtino Marchione, qui in Ducem creari a Cæſare petiit, magnifice, ſplendideque habitus, xeniiſque donatus eſt. Inde *Bononiam* pervenit, a *Beſſarione* Cardinali Legato, & a *Bononienſibus* (*c*) omni urbanitatis genere, & officiorum cultu honeſtatus. *Florentiam* poſtmodum profectus eſt, ubi quo ritu in acceſſu ad eam urbem ab Antonino Archiepiſcopo Florentino, & a Florentinis, ſit exceptus, qua die illuc venit, ſcilicet XXI. *Januarii* (*d*), idem Antoninus litteris (*e*) conſignavit: quid vero ei præſtitum per eos dies, quibus *Florentiæ* demoratus eſt, idem narrat, additque etiam, per idem tempus Florentiam veniſſe duos Cardinales a Pontifice miſſos, ut eundem ad Urbem uſque ſociarent. Fuere

Duo Cardinales Legati Florentiam uſque obviam Cæſari miſſi.

(*a*) Hiſtor. Frideric. III. pag. 57. & 61. & in Comm ntar. Lib. 1. pag. 19.

(*b*) Cornelius Zantflietus in Chronico ad an. 1452.

(*c*) Æn. Sylv. in Hiſtor. Frid. Cæſ. pag. 62.

(*d*) Ibid. pag. 66.

(*e*) P. III. tit. XXII. cap. XII. §. 3.

re hi Apoſtolicæ Sedis e latere Legati duo a Pontifice in eam rem creati (*a*), nimirum *Philippus tit. S. Suſannæ*, Bononienſis Antiſtes, ipſius Pontificis frater, & *Johannes* Carvajalius *S. Angeli* Cardinalis. Hi ubi Cæſarem adivere, eundem Pontificis nomine Romam invitarunt, parata eſſe omnia ad coronationem neceſſaria nunciantes. Monuerunt etiam Cæſarem Legati (*b*), vetuſti moris eſſe, ut antequam Cæſares Patrimonii B. Petri provinciam ingrederentur, fidem atque obſequium Romano Pontifici jurarent. Fridericus hujus moris ignarus, quanquam id alienum eſſe diceret (*c*), ſe tamen pariturum reſpondit. Itaque *Senis* hoc juramentum præſtitit, ut liber Cæremoniarum S. R. E. (*d*) nos edocet.

Fidem Romano Pontifici in Tuſcia Cæſar jurat.

II.

Leonora ad Liburni portum. A Cæſare ad portas urbis Senenſis excipitur. Cæſaris iter Romam verſus. Quo ritu extra Urbem ei obviam itum ſit.

Qua vero die Cæſar *Florentiam* intravit (*e*), & *Leonora* Luſitana eidem Cæſari deſponſata, navibus vecta, ad Liburni portum appulit. Ea tunc tradita fuit Æneæ Sylvio (*f*), ad Cæſarem adducenda, qui ad portas Senenſis urbis (*g*) medius inter duos Apoſtolicos Legatos Leonoram excepit. Poſt hæc iter Romam verſus arreptum eſt, quò cum toto comitatu Cæſari proficiſcenti magnus apud *Viterbium* (*h*), mandante Pontifice, eſt honor exhibitus. Cardinales Legati e *Viterbio* (*i*) Romam præceſſere. Cæſar item Romam verſus iter movit. Deſcribit autem raptim memoratus Æneas (*k*), quo ritu Cæſar extra Urbem ſit exceptus: ubi enim, ait, de colle *Montis mali*, ſeu *Marii* deſcendit, occurrit ei Senatus Apoſtolicus, ac ea nocte Cæſar extra moenia Urbis in domo Marci Spinelli negociatoris Florentini pernocta-

[*a*] Æneas Sylvius in Hiſtor. ut ſupra pag.66. & in Commentar. pag.20.
(*b*) In Hiſtor. ut ſupra pag.69.
[*c*] Ibid.
(*d*) Lib.1. ſect.v. pag. 34. col.2.
(*e*) Pii II. Commentar. lib.1. pag.19.
[*f*] Ibid. & in Hiſtor. Frider. III. pagina 72.
[*g*] In Commentar. pag.20.
(*h*) In Hiſtor. Frider. III. pag.74.
(*i*) Ibid. pag.75.
(*k*) Ibid.

A. D. 1452. ctavit. His ſimilia, ſed fuſius tradit Cornelius Zantflietus in Chronico ad hunc annum, cujus verba licet duriuſcula, & ſimpliciori ſtilo exarata, eo veriora nobis cenſentur, quare ea ſubjicienda duximus: *Quum igitur*, inquit, *feria quarta poſt Dominicam* Reminiſcere (quæ eſt ſecunda Quadrageſimæ) ideſt die VIII. *Martii*, quæ eo anno in feriam IV. incidit, *Dominus Fridericus cum ſua comitiva circa crepuſculum noctis appropinquaſſet ad urbem Romam, iverunt ei obviam Senator Urbis, & Soldanus* (*a*) *una cum nobilibus, & conſulibus, & electis Urbis primo. Subſequenter omnes Cardinales cum Epiſcopis, Prælatis, & Doctoribus, circiter unum milliare; a quibus magnifice & honorifice ſuſceptus eſt, & ductus ante Urbem, retro Palatium S. Petri juxta viam communem in campis, in quibus Dominus Nicolaus Papa figi fecit decem tentoria, in quibus hoſpitati ſunt omnes fere magnates, & ſatellites regis. Porro rex & regina, nec non & rex Hungariæ prædicti hoſpitati ſunt illic in domo nova cujuſdam Florentini recenter conſtructa*. Ad ſextum vero lapidem *Friderico* occurrerunt primum *Columnenſes* proceres cum ſuis amicis, deinde *Urſini*, quos alii Urbis nobiles, Pontificis copiæ, Viceecamerarius cum Præfecto Urbis, Senatore, Capitolinis magiſtratibus, Romanis civibus, & Pontificiæ aulæ Præſulibus conſecuti ſunt, ut accurate traditur in libro Cæremoniarum S. R. E. (*b*), qui addit, Apo-

(*a*) Soldanus Urbis, qui & *Mareſcallus Curiæ*, fuit Præfectus carcerum cum poteſtate Propræfecti deſignandi. De quibuſdam litibus uſque ad certam ſummam ſine judicii forma, ſola facti veritate inſpecta, judicabat, ac maleficia exigebat, ut ex litteris *Julii* II. ea de re datis, & nuper a Petro Moretto in lucubratione de Presbyterio in Appendice monumentorum pag. 373. editis, patet. Hoc officium, ſeu munus *Soldanatus*, & *Capitaneatus carcerum Turris Nonæ* dicebatur, & a *Leone* X. familiæ *de Capite ferreo* conceſſum fuit, ſublatum vero a *Pio* V. & Collegio ſodalium, ſeu ut vulgo loquar, *Archiconfraternitati Charitatis* adtributum, ut ex ejus Conſtitutione apud Jo: Baptiſtam Scanarolam de Viſitatione carceratorum in Appendice cap. VII.

(*b*) Lib. I. ſect. V. cap. II. pag. 35.

Digitized by Google

Apoſtolicum Senatum ad radices montis *juxta domum leproſorum* Cæſarem expectaſſe. Pontifex interea Æneam Sylvium (*a*) ad ſe accivit, cui in hæc verba locutus eſt: *Ut tibi verum manifeſtem*, inquit, *quum Fridericum tuum adverſum nos, & Eccleſiam multi venientem aſſererent, quamvis non haberemus omnibus fidem, maluimus tamen ſalvari timentes, quam perire audaces*. A. D. 1452.

III. Quo ritu Urbem ingreſſus ſit Cæſar, & quo a Pontifice exceptus.

Poſtera die Cæſar Urbem ſolemni pompa (*b*) eſt ingreſſus. Quo ritu & apparatu ingreſſus fuerit, qua comitate, atque dignitate a Romanis ordinibus, & Pontifice exceptus, pluribus idem Æneas deſcribit. Nos vero barbara verba Cornelii Zantflieti, nullo fuco illita, hujuſmodi ingreſſum deſcribentis afferre malumus: *In craſtino*, inquit, *præfatus Romanorum rex cum omni ſua comitiva ductus eſt in Urbem per portam S. Angeli per viam Papæ uſque ad Eccleſiam S. Petri a clero univerſo cum crucibus, vexilliſque, & Sanctorum reliquiis, Senatuque & populo Romano: Sanctiſſimo Domino noſtro Papa una cum toto collegio Cardinalium, eum ante januas Eccleſiæ S. Petri expectante. In primis autem ad conſpectum ſummi Pontificis perductus eſt inclytus adoleſcens Hungariæ rex, & ab eodem ob inſignem memoriam progenitorum ſuorum honorifice receptus. Subſequenter Fridericus Romanorum rex, & tertio regina ſolemniſſime, ut moris eſt. Qui ſic, ut præfertur, recepti, ſucceſſive tamen, a dicto Domino Papa, & collegio Cardinalium, ad Eccleſiam S. Petri ducebantur, & in Palatio Apoſtolico ſunt hoſpitati, in tribus tamen diſtinctis locis, ipſiſque quotidie in pane, piſcibus, & vino, & cæteris exquiſitis,*

O *per*

(*a*) In Hiſtor. Friderici III. pag. 75.

(*b*) Ibid. pag. 75. 76. 79. Vid. lib. 1. Cæremon. S. R. E. Sect. v. cap. III.

A. D. 1452. *per Papam juſſa ſunt miniſtrari*. Hæc ille. At quum ritum hujuſmodi in Urbem per *Fridericum* ingreſſus adamuſſim deſcribat liber Cæremoniarum S.R.E. (*a*), is cæteris eſt præferendus, ſi alii ab eo diſcrepent.

IV.
Orationes a Friderico Cæſare, & ab Hungariæ rege coram Pontifice habitæ.

Ladislaus Hungariæ rex duodecimum tunc annum ætatis agens, oratiunculam coram Pontifice recitavit, quam inter alios Cochlæus (*b*) refert. Habuit & eodem tempore coram Pontifice orationem aliam *Fridericus* Cæſar, (*c*) qua electionem ſuam in Romanorum regem Apoſtolica auctoritate ratam haberi, ac Imperii inſignia & ornamenta demiſſe, & obſequenter poſtulavit. Hanc Pontifex benigna humanaque reſponſione excepit. Monet autem Æneas Sylvius (*d*), *Ladislaum* regem collocatum inter Cardinales fuiſſe, longe ab Apoſtolico throno, ipſumque *Fridericum* ante Romanam coronam non fuiſſe cunctis Cardinalibus (*e*) prælatum. Præter eos, quos commemoravimus audiendus eſt alius oculatus teſtis, videlicet Jannottus Manettus (*f*), qui tunc Romæ adfuit, alter ex Legatis Florentinorum ad Cæſarem cauſſa ſuſcipiendi Imperatorii diadematis deſtinatis. Narrat in primis, *Fridericum* & per litteras, & per Oratores a Pontifice ſuppliciter poſtulaſſe, ut legitimam Imperii coronam ſibi tribueret; *Nicolaum* vero ſupplicibus *Friderici* precibus auditis, matureque perpenſis, ad vetuſtam ex præſcripto ſacrorum canonum conſuetudinem recipiendi, recognoſcendique a Romano Pontifice Imperii coronam, inſtaurandam, benigne aſſenſum præbuiſſe. Deinde ritum, quo primum a Pontifice in gradibus Baſilicæ Vaticanæ Cæſar acceptus eſt, his verbis deſcribit: *Ut*

(*a*) Lib. I. Sect. V. cap. III. pag. 35. col. 2.
(*b*) Hiſtor. Huſſit. lib. XI. pag. 380.
(*c*) Hiſtor. Frideric. III. pag. 77. Manettus lib. II. pag. 941.
(*d*) Hiſtor. Frideric. III. pag. 80.
(*e*) Ibid. & lib. I. Cærem. S. R. E. cap. III. pag. 36. col. 2.
(*f*) Lib. II. pag. 941.

A. D. 1452.

Ut igitur, inquit, *commemoratus Fridericus cognomento tertius in ſacroſanctum ſummi Pontificis, ſolio Pontificali graviſſime ſimul atque digniſſime reſidentis, conſpectum, magna undique Prælatorum caterva adornatum, apparuit, primo genibus flexis ipſum veneratus eſt, ac deinde ubi propius adhæſit, dextrum pedem, talemque manum, & ſimilem genam devotiſſime oſculabatur. Atque his & hujuſmodi cæremoniis de more habitis, parvam quandam oratiunculam, precibus ſupplicationibuſque refertam habuit, grataque & humana reſponſione recepta, a ſancto Pontificis conſpectu abiit, atque ad ordinariam habitationem rediit. Quod poſtridie Leonora Imperatrix pariter fecit*. Hæc ideo verba retulimus, quæ aliquibus moleſta ac prolixa videbuntur, ut cum iis, quæ ab aliis de primo Cæſaris ad Pontificem acceſſu traduntur, conferantur. Diſcrepant enim aliquantiſper a ſententia Cornelii Zantflieti, & Æneæ Sylvii, qui eodem quo Cæſar tempore ad Pontificem acceſſit, eodem etiam *Leonoram* reginam acceſſiſſe referunt, non *poſtridie*, ut habet Manettus. Nonnulla vero ab iis de ritu oſculationis pedum, manus, & genæ prætermittuntur, quæ a Manetto enarrantur. Ita enim in rebus, quæ quiſque viderit, litteris tradendis fieri conſuevit, ut alius nonnulla prætereat, quæ fortaſſe ſupervacanea, aut Hiſtoria minime digna videantur, alius contra ea mandanda eſſe litteris cenſeat, alius etiam memoria labatur, atque præpoſtere nonnulla ſcribat, nonnulla invertat: ex quo fit, ſi diligentia, & ordo deſint, ut Hiſtoriæ ipſius fides nutet. At intra ſemitam redeamus.

V.
Regni Langobardici corona Romæ Cæſar inſignitur. Cur Mediolani eam non ſuſceperit.

His in receptione Cæſaris peractis, ea quæ ad coronationem recipiendam neceſſaria erant, parantur. Verum ante Imperii diadema regni Langobardorum corona, quæ *ferrea* dicitur, ob clavum Dominicum coronæ illi

A. D. 1452. orbiculatim inditum, ſancte religioſeque inter veneranda vetuſtatis cimelia apud Modoetienſes in Inſubribus adſervata, ſecundum priſcum morem *Mediolani*, aut *Modoetiæ* a Cæſare ſuſcipienda erat. Romam Cæſar venerat, regni Langobardici corona minime donatus, quod, ut eſt nonnullorum ſententia, (*a*) *Franciſco Sfortia* Mediolanum occupante, deque Mediolanenſi ditione tum cum eo diſceptantibus *Carolo* Aurelianenſi Duce, *Alphonſo* Aragonum & Siciliæ rege, illiuſque Ducatus jura ſibi etiam Cæſare vindicante; ad eam recipiendam tutum eſſe *Friderico* Mediolanum uſque progredi viſum non eſt. Alii apud Raynaldum (*b*) ſcribunt, Cæſarem a *Franciſco Sfortia* invitatum fuiſſe, detrectaſſe vero Cæſarem ob turbas in Ciſalpina Gallia motas, ac ſperaſſe illius ritus defectum a Pontifice Apoſtolica auctoritate ſuppletum iri. Contra vero Zantflietus in Chronico (*c*), ideo Romæ corona regni Langobardorum Cæſarem donatum tradit, quod Mediolani Dux eam ſibi præberi negaverit. Aditum Cæſari ad Mediolanenſem tractum minime patuiſſe, aut conſulto tum id factum, ex Æenea Sylvio (*d*) colligitur, qui *Friderici* juſſu, ubi primum ipſe Cæſar in conſpectu Pontificis fuit, verba fecit, ac Cæſaris nomine poſtulavit, ut in receptione Mediolanenſis coronæ, eundem Cæſarem & *Leonoram* conjugio jungeret. His precibus Pontifex annuit, & honeſtiori titulo uſus, in litteris, quibus a corona ferrea Mediolani, aut in proximioribus eidem urbi locis recipienda, Cæſarem diſpenſavit, eaque Romæ eum Pontifex ornavit, peſtis cauſſam, quæ in iis regionibus graſſabatur, affert, eandemque cauſſam in commentaria retulit liber Cæremoniarum S. R. E., ut mox dicemus. Hujus autem Langobardicæ coronæ in-

(*a*) Vid. Raynald. an. 1452. n. 23. & Fontaninum de Corona ferrea cap. VII. §. III.

(*b*) Ad an. 1452. n. 2. 3.

(*c*) Ad an. 1452. ut ſupra.

(*d*) Commentar. lib. I. pag. 20.

inſignia ab ipſomet Pontifice die XVI. *Martii* Cæſari in Baſilica Principis Apoſtolorum inter Miſſarum ſolemnia ad altare majus collata ſunt. Cornelius Zantflietus (*a*) receptam tradit a *Friderico* coronam Langobardicam in Baſilica Vaticana *quinta feria*, ut loquendi ei mos eſt, poſt Dominicam, *Oculi*: ac mox ab ipſo Pontifice benedictionem nuptiarum ejuſdem regis & reginæ, licet Quadrageſimale tempus eſſet, fuiſſe peractam. Dominica *Oculi* eſt tertia Quadrageſimæ, & feria quinta poſt eam Dominicam hoc anno fuit dies XVI. *Martii*. Apoſtolicæ de hujuſmodi coronatione litteræ eadem die exaratæ ſunt (*b*). In his Pontifex narrat, *Fridericum* a Langobardici regni corona, Mediolani, vel in proximioribus eidem urbi locis e manibus Archiepiſcopi Mediolanenſis recipienda, ſe abſolviſſe, propterea quod idem *Fridericus* Mediolanum ire ob peſtis luem, quæ in iis regionibus graſſabatur, non potuerit: idcirco *hodie* (hoc eſt die XVI. *Martii*) eundem *Fridericum* corona regni Langobardici inter Miſſarum ſolemnia in Baſilica S. Petri coram altari majori decoraſſe. Datæ ſunt hæ litteræ: *Apud S.Petrum anno Incarnationis Dominicæ* MCCCCLI. XVI. *Kal. Aprilis, Pontificatus anno quinto*, quod eſt die XVI. *Martii* anni 1452. a Chriſti natali. Liber quoque Cæremoniarum S.R.E. (*c*) de regni Langobardici corona a *Nicolao* Pontifice *Friderico* impoſita, his verbis meminit: *Et corona regni Longobardici, ſive Italici, quam ſuperiores Imperatores, Modoetiæ ſuſcipere conſueverunt, quum Fridericus peſtis timore illuc accedere non potuiſſet, Pontificis Nicolai manibus coronatus eſt in Baſilica Petri apud altare majus, quæ corona, ferrea (licet aurea ſit) nuncupatur*. In eodem Cæremoniarum

A. D. 1452.

(*a*) In Chronico, ut ſupra, ad ann. 1452.
(*b*) Lib. XIV. Secret. pag. 1. & apud Raynald. an. 1452. n. 2.
(*c*) Lib. I. Sect. V. cap. III. pag. 36. col. 2.

A. D. 1452.

rum libro (*a*) de eadem corona hæc adnotantur: *quæ quidem corona ideo appellatur ferrea, quod laminam quandam habeat ferream in ſummitate, alioquin aurea, & pretioſiſſima*. Nihil ergo certius eſt, quam ut *Fridericus* die XVI. *Martii* hujus anni corona ferrea Langobardorum a Pontifice redimitus ſit; attamen Æneas Sylvius (*b*) memoriæ lapſu *Idibus Martiis*, diem præſtitutam fuiſſe ad coronam Langobardicam, ac ad deſponſationis celebritatem ſcribit. Mirum eſt etiam, cur Raynaldus (*c*) qui Apoſtolicas hujus rei litteras præ oculis habuit, eaſque edidit, aliorum errores, qui *Idibus Martii* regni Langobardici coronationem ſtatuunt, non caſtigarit, neque ſe ipſum emendarit, quippe qui tradit, iiſdem *Idibus* Fridericum hujuſmodi corona decoratum.

VI.
Dies coronationis Friderici Imperatoris, & Leonoræ ejus conjugis.

Ad hæc deſignata eſt dies Imperii coronæ ſuſcipiendæ. Aptiſſima viſa eſt Dominica *Lætare Hieruſalem* (*d*), quæ hoc anno die XIX. *Martii* fuit, qua die Pontifex *ſextum Pontificatus annum* inibat. Paratis igitur omnibus, Pontifex ſtata die ad Vaticanam Baſilicam proceſſit, ubi ſolemni ritu inter maxima ſacra ex veteri more *Fridericum* Imperatoriis inſignibus ornavit. Ordo & ritus hujus inaugurationis accurate deſcribitur ab auctore libri Cæremoniarum S.R.E. (*e*). Multa quoque de eo habet Æneas Sylvius (*f*), inter quæ, donationes Imperatorum antiquitus Beato Petro, Romanæ Eccleſiæ, ſummiſque Pontificibus factas, *Fridericum* quoque Beato Petro, *Nicolao* Pontifici, ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum jurejurando confirmaſſe. Fuſe de ritu reges Romanorum in Imperatores coronandi vetuſti Romani Ordines

(*a*) Lib. I. cap. VII. Sect. V.
(*b*) Hiſtor. Frideric. III. pag. 78.
(*c*) Ad an. 1452. n. 2.
(*d*) Lib. I. Cærem. S.R.E. cap. III. pag. 36. col. 2.
(*e*) Lib. I. Sect. V. cap. III. pag. 36. & ſeq.
(*f*) Hiſtor. Frider. III. pag. 80. Lib. Cærem. S.R.E. ut ſupra pag. 37.

nes (*a*) agunt, a quorum inſtitutis *Nicolaus* Pontifex, ſacrarum cæremoniarum diligentiſſimus cultor non declinavit. In his præſcribitur (*b*), ut communione peracta, in impoſitione diadematis, Pontifex nonnullas preces dicat, quarum formula ibi legitur. Pontifex vero, ut Manettus (*c*) auctor eſt, Eccleſiaſticarum cæremoniarum ſolertiſſimus obſervator, quum omnia magna ſolemnitate peregiſſet, poſt impoſitum Friderici capiti diadema, poſt regium ſceptrum, & pilam auream ei traditam, poſt aurei gladii præcinctionem, hanc ſuper eum orationem dixit: *Omnipotens, & ſempiterne Deus, qui ad prædicandum æterni regni Evangelium Romanum Imperium præparaſti, præſta, quæſumus, huic* FRIDERICO TERTIO *novello* IMPERATORI *fideli famulo tuo arma cæleſtia, ut ſuperatis barbaris, & inhumanis gentibus, pacis, ac catholicæ fidei inimicis, ſecura & intrepida tibi ſerviat humana libertas*. Fridericus vero hac oratione reſpondit: *Exaudi, quæſumus, omnipotens, & ſempiterne Deus, pias & devotas preces* NICOLAI *tui Summi Pontificis, ut cuncti Eccleſiaſtici, & ſæculares populi, Prælati, Reſpublicæ, & Principes, omnibus chriſtianæ fidei hoſtibus penitus abolitis, atque ad ultimam internecionem uſque deletis, liberius ſervire, atque efficacius famulari valeant, & per hunc certum ac ſecurum omnium fidelium noſtrarum gentium famulatum, cuncti chriſtiani homines digna utriuſque, & præſentis, & futuræ vitæ præmia conſequi mereantur*. Hanc precum formulam tum recitandam forte Pontifex cenſuit, ut preces ipſas temporum conditioni accommodaret.

(*a*) Ord. Rom. XIV. n. CV. pag. 397. & ſeq.
(*b*) Ibid. pag. 401.
(*c*) Lib. II. pag. 941. Vid. Lib. Cærem. S.R.E. lib. I. Sect. V. cap. III. pag. 35. & ſeq.

A.D. 1452.

VII. Euchariſtia ſub una tantum ſpecie Friderico data ob hæreſim Huſſitarum.

Id etiam, inſpecta temporum ratione, in coronationis celebritate eſt immutatum, ut *Fridericus* Euchariſtiam ſub una tantum ſpecie perciperet. Mos fuit enim ex vetuſto Romanæ Eccleſiæ ritu, ut qua die rex, aut Imperator a Romano Pontifice ſacrabatur, Euchariſtiam ſub utraque ſpecie ſumeret. Verum in Friderici ſacra inauguratione ſatius viſum eſt (*a*) communionem ei ſub una tantum ſpecie tradere, ob hæreſim Huſſitarum, qui calicis ſumptionem omnino neceſsariam eſse contendebant. Servatum & idem etiam, cum *Fridericus* Pauli II. Pont. Maximi Pontificatu ad Urbem venit.

VIII. Cur Fridericus non ab Oſtienſi, ſed a Portuenſi Epiſcopo inunctus ſit.

Alia item, ad ritum quod attinet, immutatio tunc facta eſt: inunctio qua Romanorum Imperator, aut rex aliquis oleo exorcizato illiniri per *Oſtienſem* Epiſcopum (*b*) ſolet, tunc a *Franciſco* Cardinali *Condulmerio* Epiſcopo *Portuenſi* peracta eſt, quod *Johannes Cervantes* Epiſcopus *Oſtienſis* in Hiſpaniis verſaretur, & Hiſpalenſem Eccleſiam adminiſtraret. Itaque Zantflietus memoriæ lapſu (*c*) perperam ab *Oſtienſi* Epiſcopo *Fridericum*, & *Leonoram* inunctos fuiſse ſcribit. De unctione tamen *Leonoræ* ſubobſcure loqui videtur Manettus (*d*), qui tantum habet reginam poſt Imperatorem, diademate ſuper caput impoſito, redimitam fuiſse. In libro Cæremoniarum S. R. E. (*e*) librariorum vitio, aut aliquid omiſsum, aut mendoſe ſcriptum puto. In eo enim poſtquam retulit, Cæſarem poſtero die, quam in Urbem venit, adiiſse Pontificem, ut de coronationis die ſtatueretur, & ſi quæ prius peragenda eſſent, deliberarentur, hæc addit: *ut Federici tempore factum eſt, qui ante diem*

(*a*) Mabillon. Commentar. in Ord. Rom. pag. LXII. LXIII.
(*b*) Ord. Rom. XIV. pag. 400.
(*c*) In Chronico, ut ſupra.
(*d*) Lib. II. pag. 942.
(*e*) Lib. I. cap. III. pag. 36. col. 2.

Digitized by Google

diem Imperialis coronationis, inter Miſſarum ſolemnia benedictionem Imperialem cum ſponſa ſua Eleonora, regis Portugalliæ filia ſuſcepit. Legendum cenſeo *nuptialem*, non *Imperialem*; nam *Imperialis* benedictio non ante diem, ſed ipſa coronationis die ſuſcipitur. Benedictionem ergo nuptiarum his auctor deſignare voluit, quæ die XVI. *Martii*, ut ſupra adnotavimus celebrata eſt. Mirum eſt autem, nihil in eodem Cæremoniarum libro de coronatione Eleonoræ obiter memorari.

IX.

Roſa aurea Friderico Imperatori a Pontifice donata. Milites, ſeu Equites a Friderico ad Ælium pontem creati. Ad Lateranum pergit, ac ad Vaticanum redit. Platinæ, & Naucleri de Friderici coronatione narratio expenſa.

His in Baſilica B. Petri ſolemni more peractis, Pontifex, ut Zantflietus auctor eſt (*a*), ante gradus ejuſdem Baſilicæ *Friderico* Imperatori dono dedit *Roſam auream* ea die benedictam, deinde eum uſque ad Hadriani molem, ſeu caſtrum S. Angeli comitatus eſt. Ibi Imperator inter idem caſtrum, & Ælium pontem CCLXXXI. milites, ideſt equites creavit, & mox Imperatoriis inſignibus ante eum prælatis, videlicet *pomo*, ſeu pila aurea, *ſceptro* &c. magno comitatu ad Lateranenſem Baſilicam equitavit, ubi prandium ſumpſit, & ſub noctem ad Vaticanas Pontificis ædes rediit. Imperatrix vero e Vaticano pedem non movit. Hæc Zantflietus. Ritum vero, quo *Fridericus* ad Lateranum perrexit auctor libri Cæremoniarum S. R. E. (*b*) diligenter adnotavit. Nefas prope videretur, ſi Platinæ (*c*) teſtimonium de tota hac Friderici in Romanorum Imperatorem inauguratione omitteremus. Eam igitur paucis abſolvit; narrat autem, *Nicolaum* Pontificem, ubi *Fridericum* ad coronam Imperii Romæ ſuſcipiendam, atque ad Leonoram in uxorem ducendam venturum intellexit, portas Urbis, turres, Capitolium, arcem S. Angeli muris firmiſſimis munire cœpiſſe, ne ad ven-

(*a*) In Chronico, ut ſupra.
(*b*) Lib. I. cap. IV.
(*c*) In Vita Nicolai V.

A. D. 1452. tante Cæſare, novi aliquid & ab eo, & a Romano populo oriretur. Hanc ob rem milites omnes ſuos cum collectitiis copiis Romam acciviſſe. Ad multitudinis præterea deliniendos animos, tredecim Tribunos militum, *Mareſchallos* vocat, ut tredecim regionibus Urbis præeſſent, delegiſſe, eiſque ſingulis veſtes coccineas donaſſe. *Friderico* Cæſari tredecim S. R. E. Cardinales obviam iviſſe, omnemque Magiſtratum Urbis. Illius ingreſſum per portam Caſtelli fuiſſe honoratum, & ad Baſilicæ Vaticanæ gradus obvium Pontificem habuiſſe, a quo una cum *Leonora* die IX. *Martii* in Baſilicam Vaticanam introductus eſt. Ibidem facta oratione, inde digreſsum Cæſarem, & Leonoram in ædibus illis hoſpitatos eſse, quæ tum ad ipſos S. Petri gradus erant, meliorem forma poſtea habentes, Cardinalis Conſtantienſis impenſa. Pontificem ſequentibus diebus rem divinam in Baſilica Principis Apoſtolorum feciſſe, Imperatori, & Imperatrici, ut in nuptiis fieri conſuevit, benedixiſſe, eoſque deinceps eodem in loco die XVIII. ejuſdem menſis Imperatoria corona donaſſe. *Fridericum*, dum coronatus, ut moris eſt, ad Lateranenſem Baſilicam pergeret, pleroſque auratos equites in ponte Hadriani creaſſe. Hæc paucis quidem Platina, ſed ita preſſe, atque nimis conciſe narrat, ut quid in re tam celebri, tantoque apparatu geſta actum ſit, primoribus vix labiis deguſtes. Nonnulla vero commemorat, quæ ab aliis prætermittuntur. Ea ſimilia veri eſſe poſſunt, ut mœnium munitio, copiarum delectus, Tribunorum creatio; at nonnulla diligentius explicari deſiderant. Nonnulla demum falſa ſunt, ut coronationis dies, qui fuit XIX. *Martii*, non XVIII. Nauclerus quoque in ſua Chorographia (*a*) ſelectiora quædam de *Friderici* coronatione litteris mandavit, quæ Raynaldus (*b*) in Annales retulit. In his eſt,

[*a*] Vol. II. Generat. XIIX. [*b*] An. 1452. n. 2. 3.

eſt, *Fridericum* Langobardica corona *Idibus Martii*, die vero XVIII. ejuſdem Imperatoria donatum. At Langobardica, die XVI. *Martii*, Imperatoria die XIX. ejuſdem, ut exploratum eſt, fuit exornatus. Deſponſationis ſolemnia die X. *Martii* celebrata fuiſſe, quod falſum eſſe oſtendimus. Adnotat præterea, coronatione peracta, *Fridericum* ſtratoris munus *Nicolao* Pontifici exhibuiſſe, ac una ſimul equitaſſe uſque ad Eccleſiam S. Mariæ. Ad Hadriani pontem tercentos ad equeſtris militiæ ordinem extuliſſe, inter quos *Albertum* Auſtriacum fratrem, alioſque Duces, & Comites, ac ter quemque gladio leviter percuſſum, qui ritus creandi equites erat.

X.
Apoſtolicū Pontificis diploma, quo Friderici electio confirmatur, & a vitiis, ſanatur; ejus coronatio comprobatur.

Qua die *Fridericus* Imperii inſignia recepit, Pontifex Apoſtolica diplomata edidit, quibus rei ſeriem pandit, atque quæcumque antea minus rite acta fuiſſent, Apoſtolica auctoritate ſupplet. Narrat enim brevibus, *Fridericum* omnium Imperii Septemvirum ſuffragiis in Romanorum regum fuiſſe electum. Electus autem fuerat in Francofurtenſibus comitiis anno Chriſti 1440. habitis. Annos jam duodecim regnum adminiſtraſſe, votis ejus de confirmando ei Imperio, atque Imperatoria corona accipienda Pontificem annuiſſe, atque una cum S.R.E. Cardinalibus diligenti deliberatione præhabita, de eorundem conſilio, ipſum *Fridericum* ad ſuſcipiendum Imperialis dignitatis culmen *dignum & idoneum* declaraſſe, ipſius electionem approbaſſe, atque unctionem per manus *Franciſci* Epiſcopi *Portuenſis* ei impendi feciſſe, omnibus Imperii inſigniis, & diademate exornaſſe: *defectus omnes, ſi qui, aut ratione formæ, aut ratione perſonæ ſuæ, aut perſonarum dictorum Electorum, ſeu quavis alia ratione, vel cauſſa in hujuſmodi electione, quovis modo interveniſſent*, ſuppleviſſe. Datum eſt hoc diploma: *Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Domini-*

A. D. 1452.

cæ MCCCCLI. XIV. (*a*) *Kal. Aprilis*, *Pontificatus anno* VI. hoc eſt a Chriſti Natali an. MCCCCLII. die XIX. *Martii*, qua die Pontificatus annum VI. inibat.

XI. Apoſtolicæ de primariis precibus litteræ Friderico conceſſæ. Quid ſint primariæ preces.

Eadem die Pontifex diploma aliud *Friderici* gratia edidit, quo *primarias*, uti vocant *preces* ei indulſit. Hujus diplomatis initio narrat Pontifex, Imperii corona ſe *Fridericum* decoraſſe, & quo eundem, ob ſchiſma ejus opere potiſſimum ſedatum, ad bene merendum de Romana Eccleſia ferventius incitaret, Apoſtolica auctoritate jus porrigendarum hujuſmodi precum contuliſſe. Nimirum indulſit, ut prima, & una tantum vice omnes & ſinguli beneficiorum Eccleſiaſticorum collatores, tam ſæculares, quam regulares per ſacrum Romanum Imperium ubilibet conſtituti, qui quatuor & ultra Eccleſiaſtica beneficia, ac dignitates conferendi jus habent, dummodo dignitates in Cathedralibus, & Metropolitanis poſt Pontificales majores non ſint, aut in Collegiatis Eccleſiis principales non exiſtant, idoneos quoslibet ad unum ex iis beneficiis, quibuſvis menſibus vacantibus, ad ejuſdem Imperatoris preces admittere teneantur. Cavit tamen his Pontifex litteris, ne quid *Friderico* hujus conceſſionis intuitu diſponere liceret de beneficiis, quæ Apoſtolicæ Sedi reſervata ſunt, aut ex Lateranenſis Concilii decretis ad eandem ſedem pertinent. Cavit inſuper, ne per has litteras, aliis Apoſtolicis litteris, quas *Expectativas* vocant, per eundem Pontificem conceſſas impedimenti aliquid inferretur, ideſt ne *Friderico* liceret preces porrigere de iis beneficiis, de quibus *Expectativas* litteras jam Pontifex emiſerat. Apoſtolicas haſce de primariis precibus litteras *Friderico* datas, ex ſanctioribus Vaticanis ſcriniis depromptas edidit an. 1706. atque eru-

[*a*] Lib. Secret. XIV. pag. 233. Exſt. apud Raynald. an. 1452. n. 3. & apud Franciſcum Joannetium de Romanis Pontificibus cap. CLXXXVI. pag. 314.

erudita, doctaque Diſſertatione, cui titulus de PRIMARIIS PRECIBUS IMPERIALIBUS, illuſtravit *Conradus' Oligenius* I. C., larvato nomine, qui nimirum eſt *Petrus Marcellinus Corradinus*, S. R. E. Cardinalis, & *Epiſcopus Tuſculanus*, de me optime meritus, quemque honoris cauſſa nomino, a cujus etiam laudibus ob ſummam ejus modeſtiam abſtineo. In ea autem Diſſertatione heterodoxorum, & politicorum Juriſconſultorum criminationes, Apoſtolicis, Canonicis, & Hiſtoricis monumentis ex omni antiquitate petitis diluit. Primariæ preces apud Germanos, docente eodem qui ſupra viro Eminentiſſimo, eæ dictæ ſunt, quibus ex Apoſtolica Pontificum erga Romanorum reges, aut Imperatores auctoritate, una tantum vice in ſingulis Romani Imperii Eccleſiis, in quibus collatores beneficiorum jus conferendi quatuor Eccleſiaſtica beneficia habent, iidem Romanorum reges, aut Imperatores ad unum ex iiſdem beneficiis idoneum virum eligere ac deſtinare poſſunt.

XII. Fridericus Imperator Neapolim una cum uxore pergit. Redii ad Urbem. Ladiſlaus rex fugam pertentat. Imperator in Germaniam tendit, quo ritu ex Urbe diſceſſerit ſit.

Aliquot poſt diebus *Fridericus* Imperator una cum *Leonora* conjuge, magno comitatu Neapolim verſus profectus eſt, ut cum *Alphonſo* Aragonum & Siciliæ rege eorundem affine colloqueretur. Inter hæc, *Ladiſlaum* regem Romæ clandeſtinam fugam comitum ſuorum aſtu tentaſse, narrat Æneas Sylvius (*a*), qui hujuſmodi fugam prudenter impediit. *Fridericus* & *Leonora* Neapoli aliquantiſper commorati, alio commigrarunt; alter eorum, ſcilicet *Fridericus* mari Romam rediit, *Leonora* vero Adriatico mari vecta, ac Venetorum fines ingreſſa, in Germaniam abiit. In ipſo ad Urbem reditu, qui fuit die XXIII. *Aprilis*, quatuor S.R.E. Cardinales (*b*) ad S.Pauli Baſilicam extra moenia obvios Imperator habuit. Triduo

(*a*) In Commentar. lib. I. pag. 21. Raynald. an. 1452. n. 6.

(*b*) Hiſtor. Friderici III. pagina 84. 85.

A. D. 1452. duo Romæ manſit: quo tempore Æneas Sylvius (*a*) orationem in Apoſtolico Senatu de coronatione Cæſaris, & de rei chriſtianæ ſtatu coram Pontifice dixit. Cui Pontifex in hanc ſententiam reſpondit. Quæ in honorem Cæſaris facta eſſent, ea bene merenti præſtita, minora tamen fuiſse, quam mereretur: expeditionem contra Paganos, laudandum opus, dignumque Cæſare, ac multam præſeferre pietatem: ejus rei magnam Apoſtolicæ Sedi curam eſse: ſe in ea minime torpere, conſulendos tamen eſse cæteros chriſtianæ religionis Principes, eorumque auxilia quærenda: ſi bene cordati fuerint, relaturum ſe Cæſari, ac tam ſanctam provinciam ſummo conatu aggreſſurum. Poſtremo Imperator ipſe Pontificem adiit, atque officioſe receptus, & Apoſtolica benedictione donatus, dimiſſus eſt. Ex Urbe die XXVI. *Aprilis* movit. Cardinales univerſi eum ad primum lapidem comitati ſunt. Cardinalis vero *Bononienſis*, & *Johannes* Cardinalis *S. Angeli* uſque ad *Aquampendentem*, & ad Senenſium fines eum proſecuti ſunt. Platina paucis, quæ nunc narravimus abſolvit. Neapolim nempe *Fridericum* una cum uxore profectum, *Alphonſi* regis cauſſa viſendi ſcribit. Rurſum ad Urbem mari rediiſſe, ac ſtatim in Germaniam iter arripuiſſe ob novas res *Ladislai* regis cauſſa ſubortas. Abeuntem *Fridericum* duos Cardinales, *Bononienſem* ipſius Pontificis fratrem, & *Johannem Carvajalium* Cardinalem *S. Angeli* ad quinquaginta millia paſſuum comitatos eſſe. Hucuſque pertinent, quæ de *Friderici* coronatione enarranda duximus: ac omnia quiete & pacate ſingulari Pontificis diligentia & cura ita diſpoſita ſunt, inquit Manettus (*b*), ut inter tam diverſas Germanorum, Pannoniorum, & Italorum nationes nulla diſſenſio, nulla contentio orta ſit.

An-

(*a*) Ibid. pag. 90. (*b*) Lib. II. pag. 942.

A. D. 1452.

XIII. *Æneas Sylvius Nuncius Apoſtolicæ Sedis cum poteſtate Legati de latere in aliquot Germaniæ provinciis creatur.*

Antequam vero Æneas Sylvius, tum Epiſcopus Senenſis Roma una cum Imperatore *Friderico* diſcederet, Pontifex Germanicis rebus conſulturus, eodem *Friderico* deprecante, eum Apoſtolicæ Sedis Nuncium cum poteſtate Legati de latere per *Bohemiæ regnum*, *Moraviæ Marchionatum*, *Sleſiam*, *Aquilejenſem*, *&* *Salisburgenſem Provincias* creavit, editis ea de re Apoſtolicis litteris die XVIII. *Aprilis* (*a*) datis, & ipſemet Æneas in ſuis Commentariis, (*b*) teſtatur.

XIV. *Nicolai de Cuſa nonnulla in Legatione Germanica geſta. Concilium Colonienſe celebrat. Item Bambergenſe, cujus decretum Nurimbergenſibus moleſtum Pontifex moderatur.*

Legati munere per Germaniam tum quoque fungebatur *Nicolaus de Cuſa tit. S. Petri ad vincula* presbyter Cardinalis, qui ad catholicam fidem tuendam, & ad Eccleſiaſticam diſciplinam reſtituendam Synodum hujus anni initio apud Coloniam Agrippinæ (*c*) coegit, in qua multa de Eccleſiaſtica diſciplina ſancita ſunt, *Theodoro* Archiepiſcopo *Colonienſi* approbante. In Actis hujus Synodi tres ejusdem *Nicolai* Cardinalis Epiſtolæ leguntur, altera diei *tertiæ* menſis *Martii* (*d*) de diſciplina regulari, altera ejusdem diei, qua præcipitur, ut in fine Collectarum Miſſæ NICOLAUS PAPA V. per univerſam Colonienſem Provinciam nominetur, tertia diei VIII. *Martii*, qua Statuta *Conradi*, & *Sifridi* Colonienſium Archiepiſcoporum confirmat. Celebrata item fuit, eodem *Nicolao* Cardinale Legato præſide, Bambergenſis Synodus, in qua quum decreta quædam Chriſtifidelibus oppidi Nurimbergenſis moleſta lata fuiſſent, Pontifex editis litteris hoc anno die *prima Maii* (*e*), hujuſmodi decreta abrogavit.

Idem

(*a*) Lib. XIV. Secret. pag. 177.
(*b*) Lib. I. pag. 21.
(*c*) Zantfletus in Chronico ad an. 1452. pag. 477.
(*d*) Concil. tom. XIII. pag. 1383. 1384. 1386.
(*e*) Lib. XIV. Secret. pag. 9.

A. D. 1452.

XV. Geſta ejuſdem Nicolai legati, & Johannis de Capiſtrano apud Bohemos. Nicolaus Card. iterum ad Bohemos Legatus.

Idem Legatus anno ſuperiori ad Bohemos perrexerat, (*a*) qui cum eo colloquium habere ſub feſtum S. Martini poſtularunt. Inde vero receſſit, & epiſtolam ad eos Ratiſponæ die XXII. *Junii* (*b*) datam ſcripſit, ut eorum animos ad catholicos ritus inflecteret. In ea epiſtola Johannem Capiſtranenſem laudat, a quo antea ſcilicet die XVII. *Maii* litteras acceperat, quomodo ſe cum Bohemis gerere deberet. Multo ſane ſtudio Capiſtranus (*c*) laborabat, ut Bohemos ad ſanam frugem redigeret: fraudes *Rockyzanæ* (*d*) detexerat, *Padiebrachium* officii ſui monuerat. At *Rockyzana* vir vaferrimus Bohemos in Capiſtranum (*e*) concitavit, & illos ad patrocinia Germanorum Principum captanda, epiſtola miſſa (*f*), impulit. Jam hujus anni initio idem Capiſtranus de ſingulis, quæ apud Bohemos gerebantur, epiſtola die VI. *Januarii* (*g*) ex *Ægra* data, Pontificem certiorem fecerat. Pontifex vero litteras Apoſtolicas die VIII. & XIV. *Martii* (*h*) eidem Capiſtrano reſcripſit, quibus inter cætera ei poteſtatem contulit hæreticos in Bohemia, Moravia, & & Auſtria abſolvendi, ac ſemel etiam a caſibus Apoſtolicæ Sedi reſervatis. Iterum etiam eundem *Nicolaum* Cardinalem *de Cuſa* in Bohemiam amandandum Pontifex cenſuit; quare Apoſtolicis litteris die XIX *Auguſti* (*i*) datis, eum Legatum ad Bohemos componendos, inteſtinis diſcordiis inter ſe decertantes, deſtinavit.

XVI. Inteſtinum in Auſtria adverſus Fridericum bellum. Quomodo ab Apoſtolicæ Sedis Legatis ſopitum fuerit.

Ubi primum *Fridericus* Imperator in Germaniam rediit, multorum in ſe odia concitata reperit, quod *Ladiſ-*

(*a*) Cocleus Hiſtor. Huſſitar. Lib. X. pag. 364.
(*b*) Ibid. Lib. XI. pag. 384. & apud Vuading. an. 1452. n. XII. XIII.
(*c*) Raynald. an. 1452. n. 9.
(*d*) Vuadig. an. 1452. n. I. IX.
(*e*) Ibib. n. III.
(*f*) Ibid. n. IV.
(*g*) Ibid.
(*h*) Ibid. n. XV.
(*i*) Lib. XV. Secret. pag. 209.

diſlaum regem penes ſe cuſtodiæ cauſſa detineret; idcirco ei bellum ab ipſis Auſtriacis (*a*), Bohemis, & Hungaris ad id conſpirantibus, indictum fuerat. De componendis ad pacem animis agitari coeptum. Eam ob rem Viennæ Auſtriæ conventus ad certam diem habendus erat. Ad eum conventum Pontifex, Apoſtolicis litteris die XXIII. *Octobris* (*b*) editis, *Nicolaum Cuſanum S.Petri ad vincula* Cardinalem, tum in Germania Legatum, & Æneam Sylvium Piccolomineum, ad *Fridericum* Apoſtolicæ Sedis Nuncium cum poteſtate Legati de latere, ut vidimus, ablegavit. In eo Æneas ſatis longam ad Auſtriacos proceres, qui res novas moliebantur, Orationem habuit, quæ non multis ab hinc annis lucem vidit [*c*], eoſque ad pacis ſtudia graviter, eloquenterque hortatus eſt. Inita demum eſt concordia, ipſius Æneæ (*d*) potiſſimum opera, hac ratione. Creati nimirum a *Ladiſlao* rege ſunt (*e*) Triumviri, ſive tres regii Præfecti; *Johannes Huniades* Hungariæ, *Georgius Podiebrachius* Bohemiæ, Auſtriæ vero *Ulricus Ciliæ Comes* præpoſiti fuere. Perduelles Friderici Imperatoris ſubditi, & extorres ab Ænea pœnis ſoluti, & ab exilio revocati, cujus rei litteræ ab eodem Ænea editæ, & *in Nova civitate*, *Saliſburgenſis diœceſis*, *die Jovis* XIV. *Novembris* (*f*) anni MCCCCLII. datæ leguntur.

A.D. 1452.

XVII. Bellorum in Italia motus. Pontificis curæ in his ſedandis.

Hactenus Germanicis rebus diſtenti fuimus: ad Italiam oculos mentemque convertamus. Bellorum motibus cuncta turbata erant, quibus ſedandis omne ſtudium Pontifex contulerat. In *Franciſcum Sfortiam*, & *Florentinos* vis belli illata. Veneti, ingenti comparato exercitu,

Q Cre-

(*a*) Raynald. an.1452. n. 7. 8.
(*b*) Lib. XVI. Secret. pag. 143.
(*c*) Murator. Anecdot. Latin. to. II. a pag. 121. ad 175.
(*d*) Raynald. an.1452. n. 7. 8.
(*e*) Ibid.
[*f*] Exſt. apud Ludevvig. Reliqu. MSS. tom. IV. pag. 308.

A. D. 1452.

Cremonenſem agrum (*a*) ingreſſi, omnia late vaſtaverant. *Sfortia* ærarii inopia preſſus, atque *Alphonſo* Aragonum regi inviſus, qui teſtamenti tabulis Mediolanenſem ditionem ſibi repetebat: inviſi & *Alphonſo* Florentini, quod *Sfortiæ* ſocii & amici eſſent. In hos *Alphonſus* ſpurium filium *Ferdinandum* Calabriæ ducem cum exercitu miſerat. Florentini vero Gallorum regem in Italiam, ut & *Renatum* Andegavenſem ad repetendum utriuſque Siciliæ regnum, invitarunt. Pontifex in tantis Italiæ motibus, non modo ita ſe geſſit (*b*), ut nulli diſpliceret, verum etiam Eccleſiaſticam ditionem a rapinis, direptionibus, aliiſque belli calamitatibus illæſam ſervaret, & digladiantes, ablegato in Inſubriam (*c*) *Johanne* Cardinale *S. Angeli*, ad pacem feriendam inducere omni ope niteretur. At Apoſtolicæ Sedis ablegatus, quum re infecta abiret, Deum homineſque teſtatus eſt, per *Nicolaum* Pontificem non ſtare, quo minus inter Italos pace ſancita, bellum conjunctis omnium Chriſtifidelium viribus in Turcas moveretur. Ut autem *Alphonſum* regem Pontifex deliniret, eidem conquerenti de injuriis in Pontificio Sacello, ob controverſiam de præcedentia ortam, datis ad eum Apoſtolicis litteris die XI. *Junii* (*d*), ſatisfecit.

XVIII.

Mahometes arma parat ad Imperii Orientalis excidium. Iſidorus Card. Ruthenus Legatus Byzantium miſſus. Gregorius Patriarcha Conſtantinopolitanus Romam ſe recipit.

Maximæ præterea curæ Pontifici res Chriſtianæ in Orientali Imperio erant. Fama vulgaverat, *Mahometem* Turcarum tyrannum urbis Conſtantinopolitanæ potiundæ, Græcorumque Imperii evertendi deſiderio flagrare. Eam ob rem in anguſtiis Boſphori Thracii (*e*) arcem munitiſſimam condidit, Græcis præ vecordia non obſiſtentibus. Genuenſes Imperii Conſtantinopolitani excidium proſpi-

(*a*) Platina in Vita Nicolai v.
(*b*) Manettus Lib. II. pag. 942. 943.
[*c*] Platina, ut ſupra.
(*d*) Lib. XIV. Secret. pag. 268.
(*e*) Raynald. an. 1452. n. 16.

Digitized by Google

proſpiciebant, propterea *Alphonſum* regem hortari (*a*), ut ſubſidiaria claſſe comparata, ſacram in Turcas expeditionem faceret. *Alphonſus* his ſpretis conſiliis, id neglexit, & Græci Imperii prædatio Turcis relicta eſt. At Pontifex nullis officiis non defuit, ut labanti Imperio opem ferret. Miſit enim Byzantium ad *Conſtantinum* Imperatorem, *Iſidorum* Cardinalem *Ruthenum* Apoſtolicæ Sedis Legatum, qui ex urbe Roma die xx. *Maii* (*b*) diſceſſit. In Urbem vero hoc anno venit *Gregorius Meliſſenus* Patriarcha Conſtantinopolitanus, ut tradit auctor Definitionis, ſeu Explanationis Florentinæ Synodi (*c*), quanquam nonnulli ſcribant, eum anno ſuperiori veniſſe. Coactus eſt Conſtantinopolim deſerere, & in Urbem confugere, vires in dies acquirente *Marci Epheſii* (*d*) factione, ac in *Beſſarionis* Cardinalis clientelam ſe recepit, ut reliquas *Epheſii* decipulas amoliretur. Pontifex vero ad *Conſtantinum* Imperatorem litteras (*e*) dedit, in quibus inter alia conqueritur, quod *Gregorius* Patriarcha vitam Romæ degeret miſeram, & Patriarcha indignam. Nihil aliud ex his conſecutum eſt, niſi paucis ante expugnatum Byzantium diebus ſimulata quædam (*f*) Synodi Florentinæ receptio: qua de re anno inſequenti. *Gregorius* Patriarcha mœrore confectus, Romæ tandem diem clauſit extremum. Verum, quod ad tempus illius in Urbem acceſſus attinet, ſi inſcriptio appoſita Græco codici Bibliothecæ regiæ, in quo liber primus Gennadii de Proceſſione Spiritus Sancti contra Latinos continetur, habeturque apud Renaudotium in Diſſertatione de Gen-

 nadio

(*a*) Collect. Epiſt. Princip. pag. 330.

(*b*) Jacobus Radulphi in Diar. Conſiſtorial.

(*c*) Edit. Romæ an. 1628. ſignat. E 2. De hac Explanatione vide Euſebii Renaudotii judicium in Diſſertatione de Gennadio, ejuſque ſcriptis; ubi, ſi vere Gennadii eſt, interpolatam, adſuta ſatis longa lacinia de calamitatibus Conſtantinopolitanis, cenſet.

(*d*) In Explanatione, ut ſupra.

(*e*) Ibid.

(*f*) Ibid.

A. D. 1452. nadio, (*a*) vera tradit, *Gregorius* Patriarcha, dum collationes Conſtantinopoli habitæ ſunt, *Iſidoro* Cardinale *Rutheno* adſtante, nondum Conſtantinopoli diſceſſerat menſe *Novembri* hujus anni; immo iiſdem collationibus interfuit. Titulus enim, ſeu inſcriptio Græci Codicis, Latine ita vertitur: *Georgii Scholarii. Compoſitum eſt hoc opus poſt collationes quindecim factas in Palatio cum Legato Papali Epiſcopo Cortonæ, & quodam Theologiæ apud Latinos Doctore, præſente quoque Domino Gregorio Patriarcha, Cardinale, & multis aliis Latinis, & orthodoxis coram Imperatore Johanne, & Theodoro Deſpota felicis memoriæ*. Mendi aliquid hic ſubeſſe puto. *Iſidorus* Cardinalis nonniſi menſe *Novembri* Conſtantinopolim appulit, quo tempore *Gregorium* Patriarcham Romam jam veniſſe cenſeo.

XIX.
Adventus in Urbem Cardinalis Æduenſis, & ejus receſſus.

Ad Urbem quoque hoc anno acceſsit die XVI. *Novembris Johannes* Epiſcopus *Æduenſis*, abſens Cardinalis a *Nicolao* Pontifice anno MCCCCXLVII. menſe *Decembris* creatus. Flaminiam portam cum galero Cardinalitio ingreſſus eſt (*b*), & craſtina die, poſtquam ad Divæ Mariæ de Populo pernoctaſſet, pro more ad Apoſtolicum Senatum deductus, peractiſque cœremoniis, domum a purpuratis Patribus reductus fuit. Die vero XXIV. ejuſdem menſis *Novembris* os ei a Pontifice apertum eſt. Denique Roma diſceſsit die *prima Februarii* (*c*) anni 1453. in Burgundiam rediturus.

XX.
Variæ Pontificis Sanctiones.

Varias Pontifex hoc anno, præter illas, quas commemoravimus, prout Hiſtorica ratio ferebat, Sanctiones edidit, quæ ad varios Principes, ad Eccleſiaſticam diſciplinam, & alia pertinent. Eas in hunc locum congeſsimus.

(*a*) Num. 70.
(*b*) Diar. Conſiſtor. Jacobi Radulphi.
[*c*] Ibid.

Digitized by Google

mus. In primis litteras Apoſtolicas *anno Incarnationis* MCCCCLI. *quarto Idus Januarii*, *Pontificatus anno quinto* datas, hoc eſt a Chriſti natali anno 1452. die x. *Januarii* (*a*), *Ludovico Sabaudiæ Duci*, ob ejus erga Sedem Apoſtolicam fidem, & ſingularem ipſius Pontificis erga eundem Ducem benevolentiam, ne ex promotione (utemur ipſarum litterarum verbis) quorumvis ad quarumcumque Eccleſiarum ac monaſteriorum infra diſtrictum temporalis dominii ejuſdem Ducis regimina, ſeu proviſionibus quibuslibet diſpoſitionibus ejuſdem Pontificis reſervatis, ibidem conſiſtentibus, quibuſcumque perſonis per Pontificem faciendis, diſpendium aliquod, aut alia quævis diverſitas inteſtina prædicto Duci ſuccedat, promiſit, eodem Duce, & ejuſdem dominio in integritate dictæ obedientiæ erga Romanum Pontificem, & Apoſtolicam Sedem perſiſtentibus, ſe ad quarumcumque Metropolitanarum, vel aliarum cathedralium earumdem regimina, aut dignitates Abbatiales infra diſtrictum prædictum neminem præfecturum, ſeu illis de quarumcumque perſonis non proviſurum, niſi habitis prius ab ipſo Pontifice intentione & conſenſu ipſius Ducis, & perſonis idoneis ad hujuſmodi regimina, ſeu dignitates promovendis, vel de quarum perſonis tales proviſiones fuerint faciendæ. Alias dignitates, & beneficia, Pontificiæ diſpoſitioni generaliter reſervata, idoneis perſonis ſe collaturum, quæ fuerint ditionis ipſius Ducis, aut eidem gratæ. Præterea, nulli ſe collaturum *Prioratus Tallueriarum*, *Ripaliæ*, & *Novalitii*, & *Præpoſituram Montis Jovis*, niſi prius habita ab ipſo Duce intentione de perſonis, quibus fuerint conferendi. Aliis litteris die XIII. *Januarii* (*b*) editis, pœnas in *Peruſinos* homicidia, exceſſus, & alia facinora perpetrantes ſtatuit. *Aſtorgium Man-*

A. D. 1452.

Privilegium Ludovico Sabaudiæ Duci datum.

Pœnæ in Peruſinos homicidia & facinora perpetrantes decretæ.

(*a*) Lunig. Cod. Diplomat. Ital. tom. I. pag. 714.

(*b*) Lib. XIV. de Curia pag. 161.

A. D. 1452.

Pœnæ in Allorgium Manfredum ob occupatum Caſtrum Orioli.

Cervienſis ager Cæſenati additus.

Primatus, & Legati nati jus Strigonienſi Archiepiſcopo confirmatur.

Privilegia Equitum S. Jacobi confirmata.

Angli, ob defectionem ab Henrico rege, abſoluti.

Alphonſus Luſitaniæ rex, & clerus ejuſdem regni a cenſuris ob decumarum exactionem, & ſolutionem liberantur.

Juramentum fidei & obſequia a nobilibus Comitatus Venaiſſini ſoli Romano Pontifici, & Apoſtolicæ Sedi præſtanda.

Manfredum caſtri *Orioli* Eccleſiæ Ravennatis in Romandiola occupatorem per *Johannem* Cardinalem *S. Angeli* pœnis compeſci, die xx. *Aprilis* (*a*) litteris datis, juſsit. Contra vero precibus *Sigiſmundi*, & *Malateſtæ novelli de Malateſtis* Cervienſem agrum Cæſenati, Apoſtolico diplomate die *prima Martii* (*b*) exarato, conjunxit. *Strigonienſi* Archiepiſcopo, precante *Ladislao* Hungariæ rege, Primatus, ac Legati nati jus, Apoſtolicis litteris die xxiv. *Martii* (*c*) promulgatis, confirmavit. Privilegia etiam & prærogativas equeſtrium militum S. Jacobi de Spatha in Hiſpania, aliis litteris die xviii. *Junii* (*d*) recenſuit, & approbavit. *Anglos*, qui ab *Henrico* rege defecerant, & *Richardi Eboracenſis* ſigna ſecuti fuerant, a defectionis crimine abſolvendi, poteſtatem per Apoſtolicas litteras die xxvi. *Julii* (*e*) latas, *Johanni* Archiepiſcopo *Cantuarienſi*, & *S. Rufinæ* Epiſcopo Cardinali contulit. Disjunxerat enim Pontifex *Portuenſem* Eccleſiam ab Eccleſia *S. Rufinæ*. Portuenſi *Franciſcus Condulmerius* (*f*), & Sanctæ Rufinæ memoratus *Johannes* Archiepiſcopus *Cantuarienſis* præfectus fuerat. Fœderis, ſeu concordiæ tabulas inter *Stephanum Thomam* Boſniæ regem, & *Petrum Georgii Voxſalich* inferioris Boſniæ magnatem, Apoſtolica auctoritate die *prima Julii* (*g*) confirmavit. Alphonſum Luſitaniæ regem, & regni illius clerum, ob ſolutas eidem regi, & ab eo exactas decumas ſine Apoſtolicæ Sedis permiſſu, excommunicationis vinculo innodatos, Apoſtolicis litteris die xx. *Maii* (*h*) ſcriptis abſolvit. Nobiles & Barones, uti vocant, Comitatus *Venaiſſini*, Conſtitutione die xvii. *Julii* (*i*) edita, fidei jusjurandum, & clientare obſequium ſoli Romano

(*a*) Ibid. Lib. xvi. pag. 17.
(*b*) Lib. xiv. de Curia pag. 280.
(*c*) Lib. xiv. Secret. pag. 185.
(*d*) Ibid. lib. xvi. pag. 115.
(*e*) Apud Leibnit. Cod. Diplomat. Juris Gent. pag. 405.
(*f*) Ughel. tom. 1. pag. 169.
(*g*) Lib. xvi. de Curia pag. 165.
[*h*] Lib. xvi. Secret. pag. 22.
[*i*] Lib. xvi. de Curia pag. 217.

mano Pontifici, & Apoſtolicæ Sedi præſtare decrevit. Qui vero injuriis, & damnis *Avenionenſes* afficerent, eos anathematis gladio, datis aliis litteris die VII. *Auguſti* (*a*) feriit. Senatui Romano jus puniendi, corrigendique fures, & raptores, delicta hujuſmodi in Urbe perpetrantes, Apoſtolicis item litteris die IV. *Auguſti* (*b*) datis contulit. Divino autem cultui in eadem ſacra Urbe proſpiciens, Baſilicæ Principis Apoſtolorum reformationem, Apoſtolica Sanctione die XVI. *Februarii* (*c*) lata, *Zamorenſi*, & *Mindonienſi* Epiſcopis commiſit. Cunctarum præterea Eccleſiarum Urbis luſtrationem, ſeu Viſitationem dixeris, emendationem, & reformationem, aliis litteris die XXIII. *Novembris* (*d*) *Ludovico* Cardinali *tit. S. Laurentii in Damaſo*, S.R.E *Camerario*, demandavit. Graviſſimas denique hoc anno pœnas, edita Sanctione die VII. *Decembris* (*e*) decrevit in *Johannem Urioc*, & *Dionyſium de Molinis*, eorumque fautores, ob Indulgentiarum litteras, & Agnorum Dei cereas formas & imagines confictas, & falſatas, ac eos puniri, & capi juſſit.

A. D. 1452.

Pœnæ contra inferentes damna Avenionenſibus.

Jus puniendi furta & rapinas Senatui Romano datum.

Baſilicæ Vaticanæ reformatio Zamorenſi, & Mindonienſi Epiſcopis commiſſa.

Eccleſiarum Urbis viſitatio Ludovico Cardin. S. Laurentii in Damaſo mandata.

Pœna in confingentes Indulgentiarum litteras, & cereas formas, ſeu imagines Agnorum Dei.

Ini-

(*a*) Lib. XV. Secret. pag. 213.
(*b*) Lib. XVI. de Curia pag. 279.
(*c*) Ibid. Lib. XIV. pag. 247.
(*d*) Lib. XVII. de Curia pag. 302.
(*e*) Lib. XIX. de Curia pag. 64.

A. D. 1453.

I.

Neſanda Stephani Porcarii, & ſociorum in Pontificem conſpiratio. Supplicio conjuratorũ punita.

INITIA hujus anni horrendum nefas, ſceleris ac periculi novitate memorabile, occupabit. Dum Pontifex de pace iterum inter *Alphonſum* regem, *Venetos*, *Florentinos*, *Franciſcum Sfortiam*, alioſque belli ſocios hactenus fruſtra tentata, agere cœpiſſet, ut conjunctis viribus ad ſacrum bellum eos inflammaret, in eundem placidiſſimum Sanctiſſimumque Pontificem *Nicolaum*, in Sacroſanctum Patrum Senatum, ac in Apoſtolicæ aulæ Præſules ſceleſti quidam Romanorum, conſpiratione facta (proh nefas!) manus inferre adoriuntur. Eorum ſignifer *Stephanus Porcarius* (*a*), equeſtris inter Romanos ordinis, audax & elati animi vir, eloquentia & gratia apud ſuos maximè præſtans, denique factioſus, ut pote quem ad perturbandam rempublicam mali mores ſtimularent. Is a Pontifice honoribus fuerat ornatus, ac, ne res novas in Urbe moliretur, *Bononiam* relegatus fuerat, ea adjecta conditione, ut quotidie *Beſſarioni* Cardinali *Nicæno*, Apoſtolicæ Sedis in ea urbe Legato, ſe in conſpectum daret. At valetudinem ſimulans, clam aufugiens, Romam, conjuratorum accitu, propere convolavit, illud præcogitans, ut quum Urbem attigiſſet, ad arma populum concitaret. Delectus a conjuratis erat ad facinus perpetrandum ſacratiſſimus *Epiphaniæ* dies (*b*), quo Pontifex una cum Cardinalium Senatu, ſacriſque Præſulibus, Miſſarum ſolemnia in Baſilica B. Petri celebraturus erat: quumque res divina fieret, ſtatutum erat, ut factioſi eandem Baſilicam circumvallarent, in eam irrumperent, Pontificem, & Cardinales obtruncarent, ac ſtatim *libertatem* conclamarent. Verum Divini numinis providentia tam immane facinus ante

(*a*) Platina in Vita Nicolai V. Stephan. Infiſſura in Diar. ad hunc annum.
(*b*) Zantflietus in Chronico ad an. 1453. pag. 480. Æneas Sylv. de Europa cap. LVIII. Manettus lib. II. pag. 943.

ante detectum eſt. Itaque Pontifex, re cognita, (*a*) *Jacobum Lavagnolum* Veronenſem civem, & Urbis Senatorem cum armato milite domum *Porcarii* miſit, ut eum captum, in carcerem detruderet. *Porcarius* proripuit, ac in ſororis domum ſe recepit, & quum in capſa delituiſſet, tandem detectus, captus eſt, & crimen faſſus, pœnas luit; nam ad muros arcis Hadrianæ (*b*) patibulo die IX. *Januarii* ſuſpenſus eſt. Per eos dies ſupplicio affecti in Capitolio *Angelus Maſſa* cum filio, & ſocio *Sacco*. Cæteri conjurati, ut *Baptiſta Sarra*, qui ad Venetos fugerat, ab iis ad ſupplicium eſt deditus. Oppreſſi quoque *Franciſcus* cognomento *Gabadeus*, & *Petrus Monſrotundus*. Septem in ſumma patibulis, & laqueo ſuſpenſos eſſe, Cornelius Zantflietus (*c*) tradit. Hæc ex ſynchronis ſcriptoribus delibavimus. At in Vaticano codice (*d*) legimus perbrevem hujus conjurationis Hiſtoriolam, Dialogi inſtar exaratam a *Petro Godio*, patria Vicetino, qui tum Romæ aderat, ex qua nonnulla decerpſimus, & ſubjicienda duximus. Narrat autem, *Stephanum* Bononia Romam clam veniſſe, ac triduo latuiſſe, Pontificem & Cardinales occidere & capere molitum: horrendum facinus delatum primo *Dominico* Cardinali *Capranicæ*, & *Nicolao de Amigdanis* Epiſcopo *Placentino*, Pontificis *Vicecamerario*. Hi rem Pontifici detegunt, cujus juſſu *Vicecamerarius*, & *Jacobus Calvus* Pontificis Soldanus cum quinquaginta ſtipatoribus ad *Stephani* domum pervenere, ex qua *Baptiſta Sarra* evaſit: captus tandem eſt *Stephanus*. Huic faviſſe narrat *Jacobum Lellicecbum*, *Angelum de Vaſo*, *Nicolaum*

R *Gallum*

(*a*) Platina in Vita, ut ſupra.

(*b*) Platina, & Stephanus Infiſſura, & Manettus, ut ſupra.

(*c*) In Chronico, ut ſupra.

(*d*) Cod. Vat. 3619. in cujus calce hæc habentur: *Per Petrum de Godes de Vicentia editus* [Dialogus] *Romæ tempore factionis prædictæ Anno* MCCCCLIII. *de menſe Januario, Pontificatus Nicolai P. V. anno ſeptimo.*

A. D. 1453. *Gallum* Canonicum Baſilicæ S. Petri, ejuſdem *Stephani* ſororios, ideſt ſororum ejus filios. Hanc eandem infandam conjurationem carmine conſcripſit, nomine Romanæ Curiæ loquentis, atque Pontifici nuncupavit quidam *Joſephus*, & habetur in Vaticano codice (*a*). Illius aliquot verſus, qui initio habentur, lubet apponere, quoniam inconcinni non videntur:

Quum tua, Sancte Pater, tam horrenda pericula vitæ,
Cardineis patribus, reliquiſque minantia prædam,
Et ſtragem, mortemque reor; mens obſtupet, horret,
Angitur, atque ſimul gelidus tremor occupat oſſa.
O crudele nefas, damnandum, infame, profanum!
O facinus nuſquam auditum, quod perfida, nequam,
Impia, dira, ferox, ſcelerataque turba Quiritum
Conjurata fecit te prehendere nuper in alma
Eccleſia Petri, vel euntem altaris ad aram,
Vel divina Deo celebrantem; dehincque colendos
Cardineos, alioſque patres, claroſque potentis
Officii, cunctoſque meos ſpoliare ſequaces,
Et vita & rebus; totumque evertere ſanctum
Eccleſiæ imperium &c.

Hæc ille. *Jacobum* quoque *Lavagnolum* Veronenſem, Urbis Senatorem, infamem hanc proditionem detexiſſe, narrat Ludovicus Fuſcarenus in epiſtola ab Eminentiſſimo Quirino (*b*) laudata. At ferenda non ſunt *Stephani Infiſſuræ* verba, quibus tam immane facinus, Romanorum gratia imminuere conatur; nam *Stephanum Porcarium* laudibus extollit, Pontifici integerrimo detrahit. Ad hæc mendacium aliud addit, dum ſcribit, Cardinalem *Meten-*

(*a*) Cod. Vat. 3618.

(*b*) In Diatriba ad Franciſci Barbari epiſtolas pag. CCCCXCIII. De Jacobo Lavagnolo vide Veronam illuſtratam Par. II. Lib. III.

A. D. 1453.

Metenſem Roma digreſſum, Pontifici ſubiratum, quod eodem Cardinale pro *Baptiſta* cognomento *de Perſona*, alias *Peccatore*, deprecante, atque delicti gratiam promittente, ſupplicio tamen eum affici Pontifex juſſerit. Nunquam hoc anno Cardinalis *Metenſis* Urbe abiit, quin fuit uſque ad v. menſis *Novembris* diem ſacri Senatus Camerarius, ut Jacobus Radulphi (*a*) tradit. Cautius quidem poſthac Pontifex cum Romanis agendum ſibi eſſe duxit, ut Platina auctor eſt (*b*), quum antea eos omni genere officii & liberalitatis juviſſet: quique liberius, quam ullus Pontificum per Urbem incedere conſueviſſet, raro deinceps per eam inceſsus: moroſior cum in omnes, tum vel maxime in Romanos factus eſt: accedentes eum alloquendi cauſſa, non ita facile admittebat: acceſſit & podagra, qua tum maxime laborabat.

II. Reditus Card. de Eſtoutevilla ex Gallica, & Card. de Cuſa ex Germanica Legatione.

Paullo ante conſpirationem hujuſmodi, Romam ex Gallica legatione die *tertia Januarii* (*c*) venit *Guillelmus de Eſtoutevilla* S. R. E. Cardinalis, qui ex more a Cardinalibus exceptus, & in Apoſtolicum Senatum primum, deinde domum uſque deductus eſt. Venit etiam ad Urbem ex Legatione Germanica redux die v. *Martii* (*d*) *Nicolaus Cuſanus tit. S. Petri ad vincula* Cardinalis, qui poſtmodum die XXIX. *Maii* (*e*) receſſit, & ad Eccleſiam ſuam *Brixinenſem* profectus eſt, aliam brevi Apoſtolicam Legationem obiturus, ut ſuo loco dicemus.

III. Pontificis de conjungendis Græcis cum Latinis ſtudia.

Ad Orientis Imperium iterum revertamur, quod hoc anno everſum *Nicolaus* Pontifex ingemuit, ex cujus excidio tanta eſt affectus mœſtitia, ut mortis ejus cauſſa fuiſſe dicatur. Studebat in primis Pontifex, ut Græcos in

R 2

(*a*) In Diar. Conſiſtor. ad hunc annum.
(*b*) In Vita, ut ſupra.
(*c*) Diar. Conſiſtor. Jacobi Radulphi ad an. 1453.
(*d*) Ibid.
(*e*) Ibid.

A. D. 1453.

in ſinceram, non ſimulatam fidei catholicæ conſenſionem conglutinaret, & *Conſtantinum* Græcorum Imperatorem adverſus Turcicas aggreſſiones juvaret, dummodo tamen Florentinam unionem confirmaret, & ad eam amplectendam Græcos, præſertim Eccleſiaſticos, & monachos adduceret. Idcirco aliquot Legationes, & pridem *Dominicum* Epiſcopum *Cortonenſem*, deinde *Iſidorum Ruthenum* Cardinalem miſerat, qui menſe *Novembri* anni ſuperioris, ut Ducas (*a*) in Hiſtoria narrat, *Byzantium* appulit. Habitis ergo ab *Iſidoro* Cardinale de concordia Eccleſiarum ſæpe colloquiis, Imperator, & nonnulli ſacrorum miniſtri conſenſerunt, ut Florentina unio locum haberet; at plerique alii Eccleſiaſticorum, & monachorum ab ea fuerunt alieniſſimi: *Nihilominus*, inquit Ducas, *qui Henotico obtemperare videbantur clerici, ſacerdotes & diaconi, Imperator & Senatus in magnam Eccleſiam convenerunt, ut concordibus animis, & unitis divinam Liturgiam celebrarent, ſinceraque mente vota Deo redderent*. Schiſmatici vero ad *Pantocratoris* monaſterium acceſſerunt, conſilium a *Gennadio*, antea *Georgio Scholario* petituri. Hic eſt *Gennadius* ille, qui prius *Georgius Scholarius* dictus eſt, quique in Concilio Florentino unionem ſuaſerat, ſed Byzantium reverſus, *Marco Epheſio* ſe conjunxit, multaque adverſus Latinos Opuſcula ſcripſit. Ita ſentit *Euſebius* Renaudotius in Diſſertatione de *Gennadio*, quem eundem putat, ac *Georgium Scholarium*, contra ac *Matthæus* Caryophilus, & Leo Allatius putarunt, qui *Gennadium* a *Georgio Scholario* diſtinguendum eſſe ſcripſerunt. Seram nimis fuiſſe hanc Græcorum cum Latinis conjunctionem, Chalcondylas (*b*) refert, factamque Turcarum metu alii (*c*) tradunt.

Ficta quædam conciliatio facta paullo ante captum Byzantium.

Gennadii, ſeu Georgii Scholarii ſubdola conſilia.

Græ-

(*a*) Pag. 142. edit. regiæ.
(*b*) Lib. VIII.
(*c*) Æneas Sylv. de Europa cap. II. Sabellic. Decad. III. lib. VII.

A. D. 1453.

IV. Pontificia claſſis in Helleſpontum ad opem ferendam Græcorum Imperatori miſſa.

Græcorum cum Latina Eccleſia conjunctione per Pontificem intellecta, claſſem navium viginti, ac novem triremium parandam curavit. Huic ſumendæ provinciæ ſtimulos addiderant *Franciſci Barbari*, politiorum litterarum ac rei militaris ſcientia clariſſimi, atque ipſi Pontifici cariſſimi, conſilia & hortamenta, qui crebris ad *Ludovicum* Cardinalem *tituli S. Laurentii in Damaſo*, *Aquilejenſem* appellatum, litteris, præter divini nominis gloriam, immortalem etiam late famam Pontificem adepturum ſcribebat, ſi Conſtantinopolitanum Imperium ab interitu vindicaret. Plures hujus argumenti & *Barbari* ad *Ludovicum* Cardinalem, & ipſius *Ludovici* ad *Barbarum* habentur epiſtolæ, quæ quum jamdiu in tenebris jacuiſſent, propediem lucem viſuræ ſunt ſtudio atque cura *Angeli Mariæ* Cardinalis *Quirini*, Epiſcopi *Brixienſis*, & S. R. E. *Bibliothecarii*, qui eas partim ex Vaticanæ Bibliothecæ, partim ex aliarum Bibliothecarum latibulis eduxit, & locupletiſſimam, ac varia eruditione refertam Diatribam eis præmiſit. Multa ex hac Diatriba, quæ in rem noſtram facere videbantur, excerpſimus, ut non ſemel antea, & inferius pluribus in locis Lector conſpiciet. Itaque fateri modo lubet, per quem profecerim, atque honoris gratia virum præclariſſimum, nobiliſſimumque nominare, cujus non ſolum ob quamplurima ingenii edita monumenta, de litteraria republica merita omnes prædicant, ſed etiam mirantur; quem ego idcirco colui & obſervavi ſemper, ut ſummam, qua me complectitur, benevolentiam, & humanitatem prætercam; cujus pietas, religio, mores ſuaviſsimi, vitæque integritas ampliſsimam dignitatem exornant. Ex ea igitur Diatriba multa delibavimus, quæ ad Turcicum bellum, & ad alia *Nicolai* geſta pertinent, quæ ſuis locis inſeruimus. Itaque *Barbarus* fre-

A. D. 1453.

frequentes anno ſuperiore ad *Ludovicum* Cardinalem litteras (*a*) dederat de ſumenda per Pontificem contra Turcas ob imminens Byzantii exitium provincia. Aliæ ſcriptæ ſunt menſe *Aprilis* (*b*) hujus anni 1453. de ope ferenda Conſtantinopolitanæ urbi. Totis certe viribus contendit Pontifex, ut ſubſidiariam claſſem ornaret, & in Propontidem mitteret. Eam viginti navibus, & novem triremibus conflatam fuiſſe refert Monſtreletus apud Raynaldum (*c*): rectius dixerimus, decem triremibus conſtaſſe, quas Pontifex ſuis ſumptibus inſtruxit, decem aliis, quas Veneti dedere, ac totidem aliis, quas *Alphonſus* rex pollicitus eſt. Uni triremium parti *Euſtachius Balbus* Præfectus dictus erat, qui munus ſuſcipere, negociorum mole obrutus, detrectavit. *Ludovico* vero Cardinale *Aquilejenſi*, & *Franciſco* Cardinale *Condulmerio* Pontificem rogantibus, *Franciſco Barbaro* arbitrium datum eſt, ut alium in Balbi locum ſurrogaret. Totius vero claſſis Præfecturam imperiumque Pontifex Archiepiſcopo Raguſino dedit. Hæc narrat idem *Ludovicus* Cardinalis *Aquilejenſis* in litteris ab *Barbarum* (*d*) die V. *Junii* datis, quum nuncius nondum Romam de Conſtantinopolitana clade eſſet allatus. Revera Pontifex *Jacobum* Archiepiſcopum *Raguſinum* litteris Apoſtolicis die XXVIII. *Aprilis* (*e*) datis præfecit, ac iiſdem litteris eum Apoſtolicæ Sedis Legatum ad *Conſtantinum* Imperatorem pro Eccleſiæ Orientalis neceſſitatibus deſignavit. Quid vero Pontifex præſtiterit, ubi audivit *Mahometem* Byzantii faucibus inhiare, in ſupremis illis verbis, quæ ad Cardinales jam moriturus habuit, enarravit. Multo ante proſpexerat, tot tantiſque barbarorum (*f*) viribus Pon-

Claſſis Præfectus Archiepiſcopus Raguſinus.

(*a*) Card. Quirin. in Diatriba ad Ep. Franciſci Barbari pag. CCCCLXXXIII. & CCCCLXXXV.
(*b*) Ibid. pag. CCCCXCIX.
(*c*) An. 1453. n. 3. 4.
(*d*) Card. Quirinus ut ſupr. pag. DI.
(*e*) Lib. XX. de Curia pag. 110.
(*f*) Apud Manettum lib. III. pagin. 953.

A. D. 1453.

Pontificia ſubſidia vix poſſe obſiſtere, idcirco aliorum chriſtianorum Principum, Rerumque publicarum auxilia neceſſaria eſſe: ſi omnium vires conjungerentur, tum poſſe Turcas ab obſidione arceri: ſe hæc reſponſa *Conſtantini* Imperatoris Legatis, qui Romam auxilia oratum venerant dediſſe, omnia Apoſtolicæ Sedis præſidia, tum in numerata pecunia, tum triremium, tum terreſtrium copiarum parata eſſe: opem aliorum Principum chriſtianorum implorarent, eoſque de Pontificiis copiis & claſſe certos redderent: Principes indefinite, ac generatim reſpondiſſe; Pontificem claſſem ſubmiſiſſe, ſed antequam Byzantium appelleret, illam urbem captam.

V.
Conſtantinopolis a Turcis capitur. Græcorum Imperator obtruncatur.

Fama certe hujus claſſis, & comparati ab *Johanne Huniade* exercitus *Mahometem* metu adeo perculiſſe dicitur, ut Byzantii obſidionem ſolvere decreviſſet, ſed ei animum (*a*) Turcarum primores addiderunt, falſum eſſe rumorem de Latinorum claſſe confingentes. Pontificiam claſſem *Eubœam* altero poſt Conſtantinopolim captam die appuliſſe, narrat (*b*) Monſtreletus. Tredecim tantum diebus oppugnatam fuiſſe, Æneas Sylvius (*c*) tradit. Alii narrant, obſidionem incœpiſſe die *ſecunda Aprilis*, captam vero urbem (*d*) die XXIX. *Maii*. Dum fugam *Conſtantinus* Imperator tentat, in porta ipſius urbis miſere interficitur, ejuſque caput haſtæ infixum, per Turcarum caſtra circumlatum. Quid poſt captam urbem barbari perpetrarint, *Iſidorus* Cardinalis *Ruthenus*, & *Leonardus Chienſis* in epiſtolis ad Pontificem ſcriptis, de quibus mox, deſcribunt. Nihil ſane fuit, quod æque *Nicolaum* Pontificem (*e*) cruciaret, quam ubi

(*a*) Phranza lib. III. cap. XIII.
(*b*) Vol. 3. pag. 60.
(*c*) In Commentar. lib. I. pag. 22.
(*d*) Vid. Chalcondylam, Phranzam, Turcogræciam Cruſii pag. 53. 101. 102.
(*e*) Platina in Vita.

A. D. 1453.

ubi audivit, Conſtantinopolim captam, & direptam; captam & eodem impetu Peram, *Conſtantinum* Imperatorem cum multis hominum millibus obtruncatum: præterea Inſulam Chienſem (*a*) ſub jugum Turcarum miſſam. Angebatur animi etiam, quod & *Iſidorum* Cardinalem *Ruthenum* interfectum nonnulli arbitrabantur. Verum ille fuga ſibi conſuluit, atque ementito habitu, (*b*) ſeu captus, & vili redemptus pretio, incolumis tandem in Italiam venit. De Pontificia, & ſociorum claſſe quid actum ſit, Æneas Sylvius in epiſtola ad *Nicolaum* Cardinalem *Cuſanum* (*c*) hæc habet: *Claſſem, quam ſummus Pontifex Nicolaus cum Venetis, ac Genuenſibus, & Catelanis in auxilium Græcis ſtruxerat, ſive tempeſtatibus actam, ſive per ignorantiam locorum incluſam, ſive alio quovis infortunio male defenſam, ut rumor eſt,* (Mahometes) *intercepit. Maximas ibi opes, bellicorum inſtrumentorum vim ſummam, armorum omnis generis pondus adeptus eſt.* Vides ergo eam fatis urgentibus miſere periiſſe.

VI.

Litteræ querimoniarum plenæ de clade Conſtantinopolitana ad Pontificem miſſæ.

His acceſſit, quod ſimul ac fama Conſtantinopolitanæ cladis longe lateque pervagata eſt, undique metus, undique clamores exaudiri, undique litteræ querimoniarum plenæ ad Pontificem miſſæ ſunt, præter eas, quas *Iſidorus* Cardinalis *Ruthenus* (*d*) & *Leonardus Chienſis*, Mitylenes Archiepiſcopus (*e*) de ea clade ſcripſerunt, in quibus, quomodo urbs capta ſit, & quid immanis barbarorum feritas perpetrarit, fuſe proſequuntur. Exſtat enim alia ad Pontificem *Friderici* Imperatoris (*f*) epiſtola,

(*a*) Zantflietus in Chronico ad an. 1453.

(*b*) Commentar. Pii II. lib. II.

(*c*) Epiſt. 155. Vid. Bizar. Hiſtor. Genuen. lib. XII.

(*d*) Apud S. Antoninum P. III. tit. XXII. cap. XIII. §. 14. & apud Raynald. an. 1453. n. 5. & ſeq.

(*e*) Inter Epiſtolas Turcicas Nicolai Reuſneri lib. IV. pag. 113.

(*f*) Ibid. pag. 10.

la, alia ad ipſum Pontificem Æneæ Sylvii (*a*), qua nullam in Pontificem hujus cladis culpam verti poſſe fatetur, at nonnihil de ſua gloria detractum iri, libere pronunciat: *Nam Scriptores omnes*, inquit, *qui apud Latinos Romanorum Pontificum geſta referent*, *quum ad veſtrum tempus fuerit ventum*, *in hanc ſententiam de veſtra gloria ſcribent*. „ Nicolaus Papa v. natione „ Tuſcus, ſedit annos tot: patrimonium Eccleſiæ ex ty- „ rannorum manibus vindicavit, Bernardinum Senen- „ ſem in catalogo Sanctorum annumeravit, Palatium „ S. Petri conſtruxit, Baſilicam ejus magnifice repara- „ vit, Jubileum celebravit, Fridericum III. Imperato- „ rem coronavit. „ *Pulchra hæc & decora de veſtro nomine prædicabuntur*, *ſed illud omnia funeſtabit*, *cum in fine adjicietur*. „ At hujus tempore regia Con- „ ſtantinopolis capta, direptaque eſt, neſcio an diruta, „ incenſave dici poterit. Mox: *Itaque luet veſtra fama ſine veſtra culpa*, *qui etſi totis conatibus opem ferre miſeræ civitati ſtuduiſtis*, *non tamen chriſtianis regibus perſuadere potuiſtis*, *ut arma ſimul capeſſentes commune fidei negocium adjuvarent*. Hæc ille. In hanc ſententiam idem Æneas (*b*) aliam epiſtolam ſcripſit ad *Nicolaum Cuſanum* Cardinalem, & Epiſcopum *Brixinenſem*, ut idem *Nicolaus* Pontificem, & Cardinalium Senatum ad claſſicum contra Turcas inflammaret. Laudantur etiam ejuſdem argumenti aliæ epiſtolæ, ut *Franciſci Foſcari* Ducis Venetorum (*c*), *Lauri Quirini* (*d*), *Beſſarionis* Cardinalis (*e*), & *Nicolai Fulginatis* (*f*), ut de iis, quæ Chalcondylas, Phranza, Ducas, & Matthæus

(*a*) Ibid. pag. 108. & inter ejus Opera Epiſt. 162.

(*b*) Æneæ Sylv. Epiſt. 155.

(*c*) Inter Epiſtolas Turcicas Reuſneri lib. IV. pag. 112.

(*d*) Cod. Vat. 4137. & Card. Quirinus in Diatriba ad Epiſt. Franciſci Barbari pag. CXVIII. & DXXII.

[*e*] Ex Indiculo novæ editionis Symmictorum Leonis Allatii lib. IV. num. 53.

(*f*) Ibid. n. 52.

A. D. 1453. thæus Camariota de hac eadem clade ſcripſerunt, ſileamus. Id unum urgebant plerique omnes, qui ad Pontificem litteras miſerunt, ut reges, & chriſtianos Principes in concordiam, vel ad inducias redigeret, Italicos motus ſedaret, Legationes ultro citroque ob eam cauſſam mitteret, conventus de pace inter eos, ac de Turcis bello inferendo agerentur, quo collatis omnium viribus in Turcas impetus fieret. *Fridericus* Imperator ad id opus conventum Germanorum apud Ratiſponam indixit, de quo ſuo loco. Huc etiam ſpectant nonnullæ *Franciſci Barbari* epiſtolæ ad *Ludovicum* Cardinalem *Aquilejenſem* (*a*), & ad *Gaſparem Lucenſem*, (*b*) ipſius *Nicolai* Pontificis familiarem. In epiſtola ad *Gaſparem*, IV. *Nonas Septembris* hujus anni data, monet, ac ſuadet, pacem inter Principes Italiæ curandam; ea de cauſſa Cardinales magnoſque viros ablegandos, qui ad opem ferendam cohortentur; pecunias colligendas; eas large a Pontifice tribuendas eſſe; *Janum Ducem Hungariæ*, ideſt *Johannem Huniadem*, ſtrenuum belli Ducem excitandum præmiis & ſtipendiis, alliciendos etiam Macedones; unum Cardinalem ad Gallorum regem ablegandum; monendum Burgundiæ Ducem; *Fridericum* item Imperatorem excitandum, ut memor ſit Romani Imperii, & non obliviſcatur Eccleſiæ Dei; Peruſinos, Bononienſes, & Picentes monendos, ut & *Alphonſum* regem, Genuenſes, & alios: Venetos monitis non indigere, quippe qui more Majorum ita eſſent ad bellum contra Turcas gerendum parati, ut præclara, & magna ab his eſſent expectanda: triremes vero, & onerarias naves cito eſſe inſtruendas; commeatus, ac omnia denique ad bellum bene gerendum paranda.

Id

(*a*) Card. Quirin. in Diatriba ad Epiſt. Franciſci Barbari pag. DI.

(*b*) Ibid.

VII.
Bellum ſacrum contra Turcas indicitur. Indulgentiarum præmia crucem ſumentibus proponuntur.

Id autem erat currentem incitare. Ardebat enim Pontifex cupiditate incredibili Conſtantinopolis recuperandæ; quare his conſiliis, & hortamentis uſus, ad opem divinam confugiens, ſacris ſolemnibus die XXIX. *Septembris*, (*a*) qua die *S. Michaelis Archangeli* memoria colitur, celebratis, Apoſtolicam Sanctionem pro bello ſacro die inſequenti ſcilicet XXX. *Septembris* (*b*) promulgavit, qua ad crucis ſignaculum, & ſacram militiam in Turcas ſumendum omnes & ſingulos Chriſtifideles invitavit; pleniſſimam iis, qui ad hoc opus re, aut opere incumberent, delictorum veniam elargitus. Hujus Sanctionis ſumma hæc eſt. Initio immania *Mahometi* ſcelera in Conſtantinopolitana expugnatione, ejuſque nefaria conſilia de Occidente ſibi ſubjiciendo narrantur. Idcirco Pontifex Principes, & reges omnes, & quoſcumque alia quavis dignitate fulgentes, per eam fidem, qua ſe Chriſto, dum baptiſmate abluti ſunt, obſtrinxerunt, obſecrat, obteſtatur, rogat, ac monet, ut quiſque pro viribus arma in Turcas corripiat, atque decertet, æterna præmia a Chriſto Domino recepturus. Eodem modo hortatur, ac monet Reſpublicas, civitates, & alios temporalem ditionem habentes. Omnibus vero cujuſcumque gradus, conditionis, & ordinis, qui in tanta Eccleſiæ & fidei neceſſitate viritim nomen militiæ dederint, atque bello per *ſex menſes a tertio Idus Februarii* anni futuri incipiendo interfuerint, ſive clerici, ſive laici, vel quacumque Eccleſiaſtica, ſeu ſæculari dignitate præditi ſint, Apoſtolica auctoritate pleniſſimam omnium noxarum veniam, qualis per Romanos Pontifices proficiſcentibus in Palæſtinæ ſubſidium, ac qualis anno ſanctiori, ideſt *Jubilei*, chriſtiano

(*a*) Zantflietus in Chronico ad hunc annum pag. 482.

(*b*) Lib. XXV. de Curia pag. 133. & apud Raynald. an. 1453. n. 9. demptis nonnullis.

A. D. 1453. populo per eoſdem dari conſuevit, & ipſe ampliſſime indulget. Eandem veniam concedit, ſi quis poſt iter arreptum, ante ſex menſes obierit. Eandem iis, qui quum intereſſe non poſſint, alios vice ſua ad bellum miſerint. Eandem cœnobiis, ac religioſis cœtibus tam virorum, quam ſanctimonialium, bellatores deſtinantibus. Bellatores, & milites omnes crucis ſignum veſtibus circa humeros imprimant. Decernit, ut obventiones omnes Pontificiæ, ideſt fructus, & redditus omnes ad Apoſtolicum ærarium ex quibuſcumque beneficiis pertinentes, integre huic operi addicantur. Quamobrem mandat, ut pecunia ex hujuſmodi obventionibus per S. R. E. Camerarium, ſeu illius vices agentem, ac etiam per *Theſaurarium*, uti vocat, *Franciſco* Epiſcopo *Portuenſi*, *Vicecancellario*, *Guillelmo tit. S. Martini in montibus*, *Rothomagenſi* nuncupato, & *Dominico tit. S. Crucis in Hieruſalem*, *majori Pœnitentiario*, S. R. E. Cardinalibus aſſignetur, qui apud idoneum virum per ipſos eligendum, eam ad uſum ſanctæ hujus expeditionionis ſervari ac deponi curent. Similiter & huic operi adſignat decumam, ſeu decimam portionem omnium redditaum, qui ad ærarium Apoſtolicum ex temporali Apoſtolicæ Sedis in Eccleſiaſtica ditione imperio proveniunt. Præter ea, quæ S. R. E. Cardinales ſponte obtulerint, decumam integram *de redditibus communibus cappelli*, ac omnium Eccleſiarum & beneficiorum ſuorum perſolvant. Omnes & ſinguli ſacerdotia obtinentes, ac Præſules inferioris gradus in Romana curia decumam beneficiorum, & officiorum exſolvant; qui integre non ſolverint, beneficiorum & officiorum jacturam facient. Per totum orbem catholicum decuma pars redditaum a Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & univerſo clero indicitur. Quicunque officia, & munera in Eccleſiaſtica ditione exercent, decumam ex eorundem officiorum proventibus ſolvant. Huic Sanctioni exe-

exequendæ *Ludovicus tit. S. Laurentii in Damaſo*, *Camerarius*, *Latinus de Urſinis*, *tit. SS. Johannis*, *& Pauli*, & *Petrus tit. S. Marci*, S. R. E. Cardinales deſignantur. Cruce ſignati ab oneribus, collectis, & aliis immunes declarantur: ac Principibus mandatur, anathematis pœna intentata, ne quid ab iis exigant. Piratas, & latrones, qui cruceſignatos ſpoliarint, aut offenderint, excommunicationis gladio ferit. Eadem pœna plectuntur piratarum receptores. Si quid piratæ vendiderint ex rapinis, irrita venditio ſit. Qui arma, auxilia, & alia hujuſmodi hoſti chriſtiani nominis attulerint, aut triremes, & naves miſerint, anathemate innodantur. Singulis diebus Dominicis, & feſtis hujuſmodi anathema per omnes maritimas urbes denuncietur. Horum criminum rei non abſolvantur, niſi totum, quod ex tam turpi commercio lucrati ſunt, reſtituant, aut tantumdem ad opus ſacræ hujus expeditionis aſſignaverint. Demum decernit, ut in toto orbe chriſtiano a regibus, ac Principibus pax, aut ſaltem induciæ, ſeu treugæ inviolabiliter ſerventur. Hæc eſt autem illa Conſtitutio, ſeu Sanctio, quam Gaſpar Lucenſis datis *ex Macerata* die XXVI. *Octobris* (*a*) hoc anno ad *Franciſcum Barbarum* litteris, Pontificem, perlecto ipſius Barbari conſilio, edidiſſe ſcribit.

VIII. Quæſtores ſacri ad pecunias pro bello contra Turcas colligendas deſtinantur.

Delecti igitur a Pontifice ſacri Quæſtores, qui ad pecunias in hoc opus colligendas ultro citroque commearent. Ad *utriuſque Siciliæ regnum* Quæſtorem Fratrem *Matthæum Rheginum* Minoritam litteris ad Archiepiſcopos, Epiſcopos &c. utriuſque Siciliæ die VI. *Octobris* [*b*] datis deſtinavit. *Johannem* vero Epiſcopum *Papienſem* decumarum pro comparanda adverſus Turcas claſſe *Collectorem* litteris Apoſtolicis die XXIV. *Novembris*

Siciliæ utriuſque Quæſtor Matthæus Rheginus.

Epiſcopus Papienſis collector decumarum, & in Hungariam, Auſtriam, & Moraviam ablegatur.

(*a*) Card. Quirin. in Diatriba ad Epiſt. Franciſci Barbari pag. DIII.

(*b*) Exſt. apud Vvading. an. 1453. num. XXIX.

A. D. 1453.

Conradus de Montepolitiano in Tuſcia Quæſtor.
Stephanus Caccia in Gallia Ciſalpina Quæſtor.

Hortatoriæ Pontificis litteræ ad ferenda auxilia Georgio Raſſiæ regni Deſpotæ.

bris [*a*] creavit, eumque in *Hungariam*, *Auſtriam*, ac *Moraviam* ablegavit. *Conradum de Montepolitiano* Pontificis a ſecretiori cubiculo Quæſtorem in *Tuſcia* aliis litteris die XXVIII. *Novembris* (*b*) inſtituit. *Stephanum Cacciam* ſimiliter datis litteris die XXIV. *Novembris* (*c*) in Galliam Ciſalpinam, quam *Longobardiam* vocant, Quæſtorem miſit. Neque etiam præteriit Pontifex, quæ de Macedonibus *Barbarus* ſuggeſſerat; nam editis die XXIV. *Octobris* (*d*) litteris, populos *Georgii* regni Raſſiæ Deſpotæ imperio obnoxios, aliosque hortatus eſt, ut eundem *Georgium* adverſus Turcas juvárent.

IX.
Dominicus Card. Capranica Apoſtolicæ Sedis ad Genuenſes Legatus. Hujus Legationis geſta.

Demum *Barbari* monita ſecutus, *Dominicum Capranicam tit. S. Crucis in Hieruſalem* presbyterum Cardinalem editis Apoſtolicis litteris die IX. *Novembris* (*e*) Legatum de latere ad Genuenſes pro componendis inteſtinis diſſidiis inter nonnullos potentiores deſignavit. Erant hi *Ludovicus de Campo Fregoſo*, & *Jo: Philippus de Fliſco*, qui civilibus diſcordiis inter ſe decertabant. Hos Legatus (*f*) ad concordiam induxit: ſacra etiam loca, & collapſos ſacerdotum mores reſtituit; ſanctimoniales, quæ paſſim cum clericis, aliiſque verſabantur, ſeorſim in unum locum collegit; auxilia a Genuenſibus contra Turcas impetravit; ſtatuit, ut quotannis ab Archiepiſcopo Genuenſi diœceſana Synodus ad morum cenſuram, diſciplinamque ſartam tectam tuendam celebraretur. De hac Legatione Commentarium ſe ſcripturum pollicitus fuerat *Jacobus*, poſtea Cardinalis *Papienſis* appellatus, qui tum ejuſdem Legati a ſecretis erat.

Supereſt

(*a*) Lib. XXII. de Curia pag. 190.
(*b*) Ibid. pag. 213.
(*c*) Ibid. pag. 217.
(*d*) Ibid. pag. 157.
(*e*) Io. Baptiſta Poggius in Vita ſ. 2.
(*f*) Lib. XXII. de Curia pag. 218.

A. D. 1453.

X. Variæ de moribus ac diſciplina Sanctiones.

Supereſt nunc, ut Apoſtolicas hujus anni Sanctiones, ſeu ad improbos coercendos, ſeu pro morum diſciplina editas, carptim recenſeamus. *Johanni de Laſtico magno Magiſtro Rhodi*, ideſt militum *S. Johannis Hieroſolymitani* per Apoſtolicas litteras die XXIX. *Januarii* (*a*) ut comitia totius ordinis, quæ *capitulum* vocant, indiceret, & celebraret, poteſtatem fecit. Conſtitutiones a *Guillelmo de Eſtoutevilla tit. S. Martini in montibus* presbytero Cardinali, dudum in Gallia & Britannia minore Legato, de ejuſdem *Britanniæ* Ducatu editas, Britanniæ Duce humiliter efflagitante, Apoſtolico diplomate diei *primæ Februarii* (*b*) confirmavit. *Johanni de Capiſtrano* domos ſui Ordinis in *Bohemia*, *Moravia*, & *Auſtria* excitandi, hæreticos perſequendi poteſtatem Apoſtolicis litteris die IV. *Maii* (*c*) editis peramplam contulit. At *Johannes* tentato nequidquam in Pragenſem urbem (*d*) ingreſſu, a Polonis expetitus, eò ad verbum Dei prædicandum profectus eſt. In Boſniam etiam hoc anno Apoſtolicis litteris die XI. *Maii* (*e*) ſcriptis *Thomam Pharenſem* Epiſcopum legavit, ut Eccleſiaſticam diſciplinam in eo regno reſtitueret. In Cretenſem inſulam *Onuphrium de Caſtro Durante* adverſus hæreticam pravitatem Fraticellorum de opinione Inquiſitorem, datis litteris die *ſecunda Julii* (*f*) miſit. Paucis ante diebus, nimirum die XVII. *Junii* (*g*) aliis litteris, Indulgentiarum præmiis eos Chriſtifideles donavit, qui ad reficienda mœnia Medinæ Sidoniæ ſtipem contuliſſent. Adverſus *Cæretanos*, ſeu falſos Quæſtores Sanctionem die XXX. *Auguſti* (*h*) promulgavit, qua pœnis in

Magiſtro ordinis S. Jo. Hieroſolymitani facultas celebrandi comitia ordinis data.

Conſtitutiones de Ducatu Britanniæ a Guillelmo Card. Legato editæ confirmantur.

Johanni de Capiſtrano domos excitandi, & hæreticos perſequendi poteſtas data.

Thomas Pharenſis Epiſcopus in Boſniam iterum ablegatus.

Onuphrius de Caſtro Durante in Cretam adverſus Fraticellos miſſus.

Indulgentiæ datæ ſtipem conferentibus pro reficiendis muris Medinæ Sidoniæ.

(*a*) Lib. XIX. de Curia pag. 164.
(*b*) Lib. XVII. Secret. pag. 411.
(*c*) Ibid. lib. XVI. pag. 69.
(*d*) Vvading. an. 1453 num. 1. & an. 1454. n. 1.
(*e*) Lib. XX. de Curia pag. 176.
(*f*) Lib. XXI. de Curia pag. 107.
(*g*) Lib. XV. Secret. pag. 382.
(*h*) Lib. XXIII. de Curia pag. 164.

A. D. 1453.

Pœnæ contra Cœrretanos, ſeu falſos Quæſtores.

Thaddæo Manfredo civitatum Faventiæ & Imolæ occupatori pœnas comminatur.

Caſtra Montiſmarciani, & Montiſcaſſiani Sigiſmundo Pandulpho Malateſtæ beneficiario jure conceſſa.

in eos animadverti juſſit. *Thaddæum Manfredum* civitatum *Faventiæ*, & *Imolæ* pro S. R. E. dynaſtam, quum eas civitates ſibi, Apoſtolicæ Sedis imperio ſpreto, vindicaret, datis litteris die XXIII. *Februarii* (*a*) commonuit, ut ab his auſibus abſiſteret, alias pœnis eum afficeret. *Sigiſmundo* vero *Pandulpho Malateſtæ* Apoſtolico diplomate die IX. *Novembris* (*b*) dato, caſtra *Montiſmarciani*, & *Montiſcaſſiani* beneficiario jure, annuo cenſu unius crateris ſex unciarum argenti præſtituto, conceſſit.

XI.

Obitus Franciſci Card. Epiſcopi Portuenſis, & S.R.E. Viceccancellarii.

Extremo hujus anni loco obitum *Franciſci Condulmerii* Cardinalis, Epiſcopi *Portuenſis*, & S.R.E. *Viceecancellarii* collocamus, qui die XXX. *Octobris* (*c*) circiter horam ſecundam noctis, *Romæ* ex hac vita migravit. Fuit *Eugenii* IV. nepos, a quo an. 1431. die XIX. *Septembris* presbyter Cardinalis *tit. S. Clementis*, deinde *Camerarius*, poſtmodum S.R.E. *Vice-cancellarius*, & an. 1445. Epiſcopus *Portuenſis* creatus eſt. Claſſi, quam *Eugenius* in Turcas A. D. 1443. (*d*) paravit, Legatus præfuit, & Conſtantinopolim profectus, concertationibus inter *Marcum Epheſium*, & *Bartholomæum de Florentia* Epiſcopum *Coronenſem*, qui in Legati comitatu erat, ut S. Antoninus tradit, (*e*) interfuit. Mendoſe apud Renaudotium in Diſſertatione de Gennadio (*f*) *Bartholomæus*, Epiſcopus *Cortonenſis* dicitur. Huc vero ſpectat inſcriptio regii codicis apud eundem Renaudotium (*g*), in qua de his concertationibus adnotatio eſt. Idcirco delenda ſunt, quæ ſupra ſcripſi, (*h*) ubi hujus codicis verba ad Legationem *Iſidori* Cardinalis pertinere putavi. AGI-

(*a*) Lib. Diverſ. Cameral. Nicolai V. num. 26. pag. 35.
(*b*) Lib. XVII. Secret. pag. 140.
(*c*) Diar. Conſiſtor. Jacobi Radulphi.
(*d*) Raynald. an. 1443. num. 23. Poggius Hiſtor. de Variet. Fortun. lib. III. pag. 117.
(*e*) P. III. tit. XXII. cap. XI.
(*f*) Num. 9. & ſeq.
(*g*) Ibid. n. 70.
(*h*) Supr. ad an. 1452. §. XVIII.

A. D. 1454.

I.
Conventus Ratiſponenſis de bello ſacro adverſus Turcas.

AGITARI non minori ſtudio & cura cœpta ſunt hoc anno a Pontifice, & aliis ab eo permotis, conſilia de bello ſacro in Turcas gerendo. Conventus ea de re *Ratiſponæ* jam indictus, magna Oratorum frequentia celebratus eſt. Miſſi eò *Friderici* Imperatoris nomine *Ulricus* Epiſcopus *Gurcenſis*, & *Æneas Sylvius*. Æneas (*a*) tanta eloquentia oravit, ut cunctis ſuffragiis provincia in Turcas decreta fuerit. Huic etiam concilio interfuit *Nicolaus* Card. *Cuſanus*, *tit. S. Petri ad vincula*, & *Johannes* Epiſcopus *Papienſis*, Apoſtolicæ Sedis ablegatus, qui & Apoſtolico nomine luculentam orationem habuit. In Hungaria quoque, regni comitiis celebratis, magno apparatu bellum inſtrui cœpit. At diſparibus Principum animis ac ſtudiis, expeditio hoc anno evanuit.

II.
Alphonſus Luſitaniæ rex claſſem adverſus Turcas parat. Imperium in Africam protendit. Bellum ei Caſtellę rex comminatur.

Alphonſus Luſitanorum rex ingentem quidem adverſus Turcas claſſem paraverat, eique, utpote de re chriſtiana benemerito, Pontifex Apoſtolicis litteris die XIII. *Aprilis* (*b*) *Roſam auream* dono miſit. Africæ interiora idem rex victricibus armis uſque ad *Nigritas* penetrarat: *Luſitani* item ad promontorium *Bonæ Spei* progreſſi erant. Hinc *Johannes* Caſtellæ rex æmulatione, & invidia ſuccenſus, regi, ac Luſitanis minari, ni ab Africa ſubigenda abſiſterent, bellum ſe iis illaturum. Mors Caſtellæ regis, quæ die XX. *Julii* ſecuta eſt, bellum avertit.

III.
Philippus Burgundiæ Dux bellum ſacrum vovet, at ob ſocordiam torpeſcit.

Voviſſe hoc anno menſe Februario *Philippum* Ducem Burgundiæ ſacram expeditionem in Turcas, narrat Cornelius Zantflietus (*c*), ejuſque exemplum ſecutum

 Ca-

(*a*) Commentar. Pii II. Lib. I. pag. 22. 23. & epiſt. 127.
(*b*) Lib. XXIII. de Curia pag. 164.
(*c*) In Chronico ad hunc annum, pag. 483.

A. D. 1454.

Carolum ejus filium, *Gherardum* Ducem Clivenſem, & alios optimates. Verum hujuſmodi votum ad ſuperiorem annum 1453. ex Monſtreleto refert Raynaldus (*a*) ac inter epulas ſuſceptum tradit, quum rei gravitas poſtulaſſet, ut in ſacro templo rite nuncuparetur. Venit quidem in Germaniam *Philippus*, ut cum *Friderico* Imperatore de copiis militaribus deliberaret, at deliciis diſtentus, bello abſtinuit, reique invidiam in *Carolum* Gallorum regem rejecit. *Carolus* vero Gallorum rex *Anglos* ſibi infenſos incuſavit. Ita omnium Principum animi variis ſtudiis, ac ſimultatibus diſtracti, nullam rei chriſtianæ opem tulere. Unus *Nicolaus* Pontifex (*b*), & *Alphonſus* Aragonum & Siciliæ rex ingentem auri vim *Georgio Scanderbechio* ſubmiſere, qui in Epiro Turcas magna clade affecit, aut victos in deditionem accepit.

IV.
Pax Italica, Pontificis opera confecta. Quibus legibus.

Pax Italica hoc anno, *Nicolao* Pontifice potiſſimum adlaborante, fruſtra ſæpe tentata, tandem ipſius opera ita confecta eſt, ut nulla firmior patrum memoria contigerit, *Veneti*, icto cum *Alphonſo* rege fœdere, poſt diuturnum cum *Franciſco Sfortia*, & *Florentinis* bellum, pacis cupidi, *Simone*, ſeu *Simonetto*, patria Camerte, Auguſtinianæ familiæ viro probo ac induſtrio, ultro citroque, & ad *Sfortiam*, & ad *Venetos* commeante, (*c*) & utroſque ad concordiam adhortante, fœdus tandem ac pacem cum eodem *Sfortia*, ejuſque belli ſociis, ignaro *Alphonſo*, neque ad pacis leges accito, inierunt, quæ hoc anno die IX. *Aprilis* publicis tabulis tradita eſt, atque per præcones vulgata. Quibus conditionibus pax icta fuerit, Simonetta (*d*), Platina (*e*), & Sabellicus (*f*) narrant. Miſſum antea fuiſſe a Pontifice Legatum, & ad

(*a*) An. 1453. num. 9. & ſeq.
(*b*) Ibid. n. 13.
(*c*) Platina in Vita Nicolai V. Manettus lib. II. pag. 944.
(*d*) De rebus geſtis Franciſci Sfortiæ lib. XXIV.
(*e*) In Vita, ut ſupra.
(*f*) Decad. III. lib. VII. pag. 1452.

& ad *Florentinos*, & ad *Venetos*, iturum poſtea ad Sfortiam, idem Sabellicus (*a*) tradit. Eidem Legato a Venetis patribus obviam frequenter itum eſt, & ad pacem eos cohortatus eſt Pontificis nomine, cui ob ingens periculum rei chriſtianæ, Italiam pacare ſtatutum erat, futurumque ſe pacis arbitrum ſpondebat, ac in eos, qui ab ea abhorrerent, anathematis ſententias laturum. His denunciatis, & a Venetis haud ægre acceptis, ad *Franciſcum Sfortiam* Legatus declinavit. Editæ nuper ſunt hujus pacis tabulæ, (*b*) ſcilicet inter *Franciſcum Foſcarum Ducem*, *& Rempublicam Venetorum* ex parte una, & *Franciſcum Sfortiam* Mediolani Ducem ex alia, exarataque ſunt in civitate *Laudenſi* die IX. *Aprilis* anni 1454. *Indictione ſecunda*; & huic paci aliis fœderatis accedendi locus relinquitur. Acceſſere igitur *Florentini* die XXIII. *Aprilis* (*c*), ratamque pacem die XXI. *Maji* (*d*) habuere. Secutæ inde ſunt aliæ publicæ litteræ, die XXVIII. *Maii* (*e*) datæ, quibus nomina ſociorum, fœderatorum, amicorumque *Ducis Mediolanenſis* recenſentur. Aliæ item die IV. *Junii* (*f*) editæ, in quibus ſocii, amici, ac fœderati *Venetorum* enumerantur. Ut igitur *Alphonſi* regis ratio habita fuiſſe videretur, quem ægre laturum hujuſmodi pacem, eo inſcio ac prætermiſſo, animadvertebant, ſex Oratores, ut ſcribit Manettus (*g*), ad eundem regem Neapolim deſtinarunt. At ſeptem fuerunt, tres nimirum Venetorum, duo Ducis Mediolanenſis, & duo Reip. Florentinorum. Horum nomina hæc ſunt; *Hieronymus Barbadicus*, *Zacharias Triviſanus*, *& Johannes Maurus*, Venetorum; *Bartholomæus de Vicecomitibus Epiſcopus Novarien-*

(*a*) Ibid.
(*b*) Du Mont, Traitez de Paix tom. III. P. I. pag. 202.
(*c*) Ibid. pag. 206.
(*d*) Ibid. pag. 207.
(*e*) Ibid. pag. 208.
(*f*) Ibid. pag. 209.
(*g*) Manettus, ut ſupra.

A. D. 1454. *rienſis*, & *Albericus Malleta miles*, Ducis Mediolani; *Bernardus Antonii de Medicis*, & *Diotesalvus Neronis de Dioteſalvis*, Florentinorum Oratores. Hæc nomina leguntur in ſolemni hujus pacis inſtauratione die XXVI. *Januarii* anni inſequentis edita, de qua ſuo loco. Hi primum Romam ad Pontificem perrexerunt, & ab eo enixe petierunt (*a*), ut ejuſmodi paci benigne annueret, operamque daret, ut *Alphonſus* rex eidem paci aſſentiretur. Pontifex, licet podagra laboraret, Legatis humaniter auditis (*b*), reſpondiſſe fertur, nihil ſibi pace optatius fore, laudataque eorum concordia, quo res ad felicem exitum perduceretur, Apoſtolicæ Sedis Legatum ad id ſe miſſurum promiſit. Quum vero nonniſi anno inſequenti pax illa Neapoli firmata fuerit, de ea ſuo loco verba facturi ſumus.

V. Guillelmus Cardinalis Rothomagenſis in Gallias iterum a Pontifice miſſus.

In Gallias Pontifex, quemadmodum *Franciſcus Barbarus* præmonuerat, mittendum cenſuit *Guillelmum Eſtoutevilleum* Cardinalem, *Rothomagenſem* ab Archiepiſcopatu illius urbis, quem ſuperiori anno obtinuerat, appellatum, quo *Carolum* Gallorum regem ad ſacrum bellum alacrius accenderet, aut ad ſuppetias contra Turcas ferendas. Roma diſceſſit die XVI. *Maji*, ut Jacobus Radulphi in Ephemeridibus ſacri Collegii ad hunc annum adnotavit.

VI. Conventus Francofurtenſis de bello in Turcas gerendo. Item alius ea de re Viennæ Auſtriæ habitus.

Apud Germanos quum in *Ratiſponenſi* conventu varie de ſacro fœdere deliberatum eſſet, conventus alius pro eadem cauſſa ad *Francofurtum* indictus eſt (*c*), quò Pontifex pro fidei defenſione, *Friderico* Auguſto rogante, Apoſtolicis litteris die *tertia Septembris* (*d*) datis, *Jo-*

(*a*) Manettus, ut ſupra.
(*b*) Ibid.
(*c*) Commentar. Pii II. Lib. I. pag. 22. 25.
(*d*) Lib. XVIII. Secret. pag. 367.

A. D. 1454.

Johannem Epiſcopum *Papienſem* ablegavit. Interfuit Francofurtenſi cœtui Æneas Sylvius (*a*), qui ea qua præditus erat eloquentia, ac dicendi vi Germanos ad arma in Turcas ſumenda flexit. Mox comitia alia ob eam rem *Viennæ Auſtriæ* indicta ſunt (*b*), quibus adſuit memoratus *Johannes* Epiſcopus *Papienſis*, vir, ut idem Æneas inquit, ſuo judicio valde ſapiens & eloquens, multorum autem judicio ſtultus. Adfuit & his comitiis *Johannes de Capiſtrano*. Uſque ad inſequentem annum ea non fuiſſe dimiſſa conjicimus; nam idem Æneas narrat (*c*), dum omnia ad bellum æſtate proxima parabantur, Pontificem *Nicolaum* obiiſſe. In *Pannonia* quoque acti magna omnium ordinum frequentia ſunt hoc anno cœtus (*d*) de bello Turcis inferendo, totius exercitus *Johanne Huniade* ſummo Præfecto deſignato, lataque ſunt publicæ ea de re litteræ.

VII.
Ladislai in Pragenſem urbem adventus, ejuſque in regem ſolemnis inauguratio. Quid cum Rockyzana & Huſſitis actum ſit.

Ordo rerum ad *Bohemos* nos advocat. *Ladislaus Hungariæ* & *Bohemiæ* rex, annorum circiter tredecim adoleſcentulus, hoc anno *Pragam* venit, ſi Cornelii Zantflieti Leodienſe Chronicon (*e*) ſequi velimus, qui addit, eundem regem die *ſecunda Julii* in feſto Viſitationis Deiparæ Virginis ſolemnem Proceſſionem peregiſſe: die craſtina *Rockyzanam* hæreſiarcham, hactenus *Wicleſiſtarum* & *Huſſitarum* ſigniferum, ſponte ambonem conſcendiſſe, ac plures malæ fidei articulos ejuraſſe. Ad hæc juſſu regis, hæc quæ ſequuntur, cunctis conſentientibus, ſtatuta eſſe:

Primo præceptum eſt, & mandatum ſub pœna excommunicationis, quod amodo non deberent legi Epiſtolæ, & Evangelia in idiomate Bohemico, ſed in Latino. . Item,

(*a*) Commentar. Pii II. ut ſupra.
(*b*) Ibid. pag. 24.
(*c*) Ibid.
(*d*) Raynald. an. 1454. n. 6.
(*e*) Apud Marten. Collect. ampliſs. Anecdot. to. v. pag. 486. ad an. 1454.

A. D. 1454. *Item, quod nullus deberet ſumere corpus Chriſti, non confeſſus, & contritus.*

Item, quod ſacerdotes non deberent porrigere laicis corpus Chriſti omnibus diebus Dominicis ſine confeſſione, ſicut prius ſolebant, ſed ſecundum ſtatuta Eccleſiæ ſuæ.

Item, quod pueri non deberent amplius communicari, niſi ad hoc parati.

Item, quod ſacerdotes non admittantur ad celebrationem, niſi haberent litteras, quod eſſent veri ſacerdotes.

Item, quod ſacerdotes non deberent conjungere matrimonium, niſi prius fierent proclamationes in facie Eccleſiæ.

Item, quod nullus ſacerdos, aut laicus deberet arguere, aut probroſa verba dicere, aut aſtringere quempiam ad fidem ſanam, ſed tenere decretata, & compactata in Concilio Baſileenſi.

Item, quod ſanguis Chriſti non deberet portari extra Eccleſiam propter pericula.

Dixit præterea dictus Rockezanus, univerſis aſtantibus, contra errorem ſuum priſtinum, quod quamvis in ſacra Scriptura invenerimus de communione calicis, tamen ſcimus, quod multis in locis aliter diſpoſitum eſt propter pericula, quæ omni die proveniebant, & hodiernis temporibus eveniunt. Pergit idem Chronographus enarrare, alia multa ſalubria tum fuiſſe conſtituta, atque procerum regni mandato regium edictum Decano & clero Pragenſi fuiſſe denunciatum, quo præcipiebatur, ut omnes parerent decretis, & a Baſileenſi concilio ſtatutis, & cum regno Bohemiæ pacto firmatis. Unde hæc hauſerit Chronographus, ignoramus. Nihil enim de *Roekyzanæ* palinodia, ejuſque ad bonam frugem reditu, nihil de hujuſmodi decretis Æneas Sylvius,

A.D. 1454.

vius, nihil Cochlæus. Immo ex Apoſtolicis *Calliſti* III. litteris anno 1456. (*a*) ad eundem *Rockyzanam* & *Georgium Podiebrachium* datis intelligimus, Rockyzanam nondum hæreticam perfidiam rejeciſſe, quod tum paternis officiis Calliſtus Pontifex pertentarit, ut *Rochyzanam* ad ſaniorem mentem adduceret. His adde, quod apud Raynaldum (*b*) ſolemnis in urbem Pragenſem *Ladislai* regis adventus in annum Chriſti 1453. confertur. Æneæ Silvii auctoritate (*c*) fultus, narrat idem Raynaldus, *Ladislaum* in Pragenſem urbem circa feſtum S. Michaelis Archangeli advenilſe, ibique ſolemni ritu regiis inſignibus fuiſſe redimitum, & ſacra regum unctione perunctum. Ex Æneæ epiſtolis tamen non liquet, circa feſtum S. Michaelis ann. 1453., *Ladislaum* regiis inſignibus fuiſſe exornatum. Nam ejus epiſtola (*d*) ad *Nicolaum* V. die XII. *Julii* an. 1453. data, tota ferme eſt de clade Conſtantinopolitana, nonnulla de rebus Bohemicis ſcribit, deque reſponſis Imperatoris ad Bohemorum poſtulata: ac reſponſum fuiſſe, *Ladislaum* regem ad *feſtum S. Michaelis* in Bohemiam iturum. Alia epiſtola Æneas (*e*) Comiti cuidam die X. *Auguſti* an. 1453. ſcripta, ſignificat, regem *Ladislaum* ad feſtum *S. Michaelis* ingreſsurum Bohemiam eſse coronæ ſuſcipiendæ cauſsa. Ex his vero epiſtolis certo non conſtat, ad eam diem *Ladislaum* in Bohemia fuiſse, ac ea die, aut paullo poſt regio diademate fuiſse inſignitum, ſed de re futura Æneas loquitur: & in Hiſtoria Bohemica nil habet de anno & die, quo regis coronatio peracta eſt. Quare certi eſse nón poſsumus, an *Ladislaus* anno Chriſti 1453. aut potius anno 1454. regiam Bohemici regni coronam ſolemni ritu ſuſceperit. *Georgius* certe *Podiebrachius*, Huſſitarum patronus anno

(*a*) Raynald. an. 1456. n.69.
(*b*) Ad an. 1453. n. 23. & ſeq.
[*c*] Hiſtor. Bohem. cap. LXII. & epiſt. 136. & 162.
(*d*) Epiſt. 162.
(*e*) Epiſt. 136.

A. D. 1454.

no 1453. regni Bohemici curam gerebat, & *Rochyzana* Archiepiſcopi Pragenſis munus ſibi uſurpabat. Illud etiam certo affirmat Æneas (*a*), *Ladislaum* per aliquantum temporis *Pragæ* commoratum fuiſse, nec unquam ad hæreticorum fana, quamvis rogatum, accedere voluiſse, aut eorum ſacris intereſse: ſacerdotem Miſsam in loco, ubi rex eam auditurus eſset, celebrare audentem, ni abſtineret, a ſacello abſtrahi, ac præcipitari juſſiſse: denique *Rochyzanam*, tanquam ſacrilegum execraſse.

VIII. Civilia in Dania, Suecia, ac Norvegia bella. Inteſtini in Pruſſia motus, pro quibus ſedandis Nicolaus Cardinalis de Cuſa Legatus mittitur.

In Dania, Suecia, & Norvegia civilia bella magno Reipublicæ chriſtianæ damno exorta pridem fuerant. Sueci *Carolum* in regem ſibi legerant, fracto veteri inter eos, Danos, ac Norvegos fœdere, ut una omnes unum ſibi regem crearent. Itaque *Chriſtiernus* a Danis, & Norvegis in regem (*b*) accitus, Sueciam ſubigere parabat. At a *Friderico* Imperatore monitus, ut in Turcas vires & arma verteret, alacriter ſe ſub Cæſareis ſignis provinciam ſuſcepturum reſpondit, ni inteſtini motus obſiſterent. Nec minori rei chriſtianæ detrimento civilibus odiis Pruſſii populi cum militibus Teutonicis decertabant. Ab his Pruſſiæ populi, nimirum *Culmenſes*, *Pomerani*, & *Micholovienſes* opprimebantur (*c*); utque ſervitutis jugum excuterent, *Caſimirum* Polonorum regem ſibi præficere: commiſſoque inter *Caſimirum*, ac *Teutonicos* prælio, victus *Caſimirus* fugatuſque eſt; ex quo fiebat, ut nulla ab his Septemtrionalium regionum gentibus ſubſidia pro bello ſacro expectari poſſent. Cenſuit itaque Pontifex, *Nicolaum de Cuſa* Cardinalem in Pruſſiam Legatum mittendum, datis ea de re die *prima Septembris* (*d*) litteris. In Pruſſiam profectus, cognitiſque rebus, *Pruſ-*

(*a*) Hiſtor. Bohemic. cap. LXII.
(*b*) Raynald. an. 1454. n. II.
(*c*) Raynald. ibid.
(*d*) Lib. XVII. Secret. pag. 476.

A. D. 1454.

Pruſſios (*a*) damnavit, eoſque anathematis gladio Teutonicorum equitum imperata facere coegit, licet inter hos bellorum motus Legati mandatis non obſecundarint.

IX. Everſi Anguillariæ Comitis in Nurſinos vis & bellum. Cum pedem refert. A Pontifice abſolvitur. Nonnullorum in Pontificem criminationes diluuntur. Pacis cauſſa inter Peruſinos & finitimas civitates Epiſcopus Recinetenſis ablegatur.

Neque ſolum apud exteros populos inteſtina bella hoc anno exorta Pontificis animum perculerunt, ſed apud ipſas Urbis finitimas regiones exorta diſſidia non leve belli incendium, *Everſo Anguillariæ Comite* facem præferente, excitarunt. *Everſus* quum viribus & opulentia polleret, *Nurſinos* civilibus odiis inter ſe digladiantes, (*b*) icto cum factioſis *Nurſinis*, *Spoletanis*, *Caſſianis*, *Cæretanis*, aliiſque finitimis Nurſiæ hoſtibus fœdere, ac belli dux ab his effectus, cum quinque electorum militum cohortibus, quingentiſque & eo amplius peditibus appetiit. Quamobrem *Nurſini*, Oratoribus ad Pontificem miſſis, opem & auxilium deprecati ſunt. Pontifex vero, datis ad eundem *Everſum* (*c*), & belli ſocios litteris, eorum temeritatem increpuit, & exercitum ac arma deponere juſſit, ſtatimque *Georgium Cæſarinum* Apoſtolicum Protonotarium miſit, ut bellum amoveret. At *Everſus*, ne pacta ſtipendia amitteret, militares copias in *Nurſinum* agrum traduxit, & Nurſiæ oppidum armis eſt aggreſſus. Ei fortiter obſtitit *Georgius Cæſarinus*, ac inita pugna, obſidionem ſolvit, atque *Everſum* (*d*) receptui canere coegit, copiaſque non longe a Sabinella valle, haud æquo loco adducere; ac ſtatim per occultos celereſque nuncios certiorem Pontificem fecit, qui ſtipendiarias copias per ſtationes dimiſſas, in unum convocari juſſit, ut viarum aditus undique obcluderent, ne *Everſus* elabi poſſet. At *Everſus*, Pontificis

V con-

(*a*) Trait. de Paix tom. III. P. I. pag. 197. 199.

(*b*) Michael Canenſius in Vita Pauli II. edita a Card. Quir. pag. 18. & ſeq.

(*c*) Ibid. pag. 21.

(*d*) Ibid. pag. 23.

A. D. 1454. conſiliis cognitis, caſtra inde ſubmovit (*a*), & raro equite, ſed frequenti præpetum peditum, & baliſtarum agmine ſeptus, a Nurſino agro ſe ſurripuit, ac per occulta & aſperrima montium abrupta, ignotus, inſperatuſque ad portam Reatinam præter omnium opinionem venit, trajectoque Tibere, & inſidiis adverſariorum declinatis, incolumis ad ſua oppida pervenit; collectiſque iterum militibus, majorem exercitum parabat, quo Pontificiis copiis ſe objiceret. Novum hoc bellum *Petri Barbi*, tum *tit. S. Marci Cardinalis*, dein PAULI II. Pont. Max. opera reſtinctum fuit, qui, ut Michael Canenſius narrat (*b*), *Everſum* exercitum dimittere coegit, atque Pontifici devotum, ac benevolentiſſimum reddidit. Exſtant autem Pontificis litteræ die v. *Auguſti* (*c*) hujus anni datæ, quibus *Everſum*, ejuſque aſeclas & fautores, Spoletanorum S.R.E. perduellium ſtipendiis militantes, a læſæ majeſtatis crimine abſolvit. Hoc bellum Platina (*d*) etiam commemorat, ac paucis rem complectitur. Narrat enim, *Everſum* injuſsu Pontificis *Nurſinos* bello aggreſsum, mercede a Spoletanis conductum, quod ii populi de finibus inter ſe decertarent. Idcirco a Pontifice *Angelum* cognomento *Ronconem* cum Pontificiis copiis delectum, ut iter *Everſo* intercluderet, quominus ad ſua oppida reverteretur. Quum vero intellexiſset Pontifex, per eundem *Angelum* ſtetiſse, ne *Everſus* a militibus caperetur, accitum ad ſe hominem, capitis ſupplicio in arce Hadriani affici juſſiſſe, cujus rei, ut nonnulli ſcribunt, vehementer Pontificem pœnituit, quod ira percitus id mandaſset. De pœnitentia Pontificis ob *Angeli* ſupplicium auctor eſt Stephanus Inſiſsura (*e*), qui indigne etiam ipſum Pontificem traducit, dum habet, eum

(*a*) Ibid.
(*b*) Ibid. pag. 18. & 24.
(*c*) Lib. xxv. de Curia pag. 22.
(*d*) In Vita.
[*e*] In Diar. ad an. 1454.

eum temulentum fuiſſe, dum hujuſmodi ſupplicium decrevit. At putida hæc Infiſſuræ mendacia, atque putidæ obtrectatorum calumniæ ſunt, ut ii qui ipſum Infiſſuram nuper (*a*) ediderunt, recte animadverterunt. *Angelum Ronconem* die XIII. *Octobris* cæſum fuiſſe adnotat Infiſſura. At *Everſus*, ejuſque fautores a læſæ majeſtatis crimine die v. *Auguſti* ſoluti ſunt; quid igitur fieri potuit, ut tamdiu poſt veniam perduellibus datam, ſupplicium de eo, qui *Everſum* non profligarat, ſumi voluerit? Si præter omnium opinionem ex agro Nurſino *Everſus* exceſſit, ſi, declinatis inſidiis, incolumis domum pervenit, nulla in Pontificiarum copiarum ductores culpa vertenda eſt. Si vero iter impedire potuerint, & non fecerint, ut de *Angelo Roncone* tradit Infiſſura, pœna digne mulctandi erant. Faceſſant igitur hujuſmodi calumniæ, tanto Pontifice prorſus indignæ. *Everſo* in fidem & gratiam recepto, iiſdem ferme diebus, nimirum die XVI. *Auguſti* (*b*) Pontifex *Epiſcopum Recinetenſem* ad pacem inter *Peruſinos* & finitimas civitates feriendam legavit.

X.
Aliquot hujus anni Pontificis Sanctiones.

Nonnullæ item hoc anno a Pontifice latæ ſunt Sanctiones, quæ ad equeſtrium Ordinum inſtituta, atque prærogativas, ad cleri, atque litterarum ornamentum pertinent. Ne *Magiſter Ordinis S. Jacobi de Spata*, niſi certis adimpletis conditionibus, eligeretur, Apoſtolicis litteris die XXIX. *Januarii* (*c*) editis, cavit. Collegium Canonicorum in titulo *S. Stephani* in Cælio monte, Apoſtolicis litteris die *prima Maii* (*d*) latis ſuſtulit, ac in eorum locum Fratres *S. Pauli* primi Eremitæ ſurrogavit. Quum vero ob Apoſtolicas Pontificis litteras de primariis Precibus anno Chriſti 1452. ut vidimus (*e*), *Fri-*

Ne Magiſter Ordinis S. Jacobi de Spata, niſi certis conditionibus, eligatur.

Collegium Canonicorum S. Stephani in Cælio monte ſublatum.

Lites ob primarias Preces in Germania ortæ tolluntur.

(*a*) Scriptor. rer. Italic. tom. III. P. II. pag. 1135.
(*b*) Lib. XVIII. Secret. pag. 366.
(*c*) Ibid. pag. 278.
(*d*) Lib. XXV. de Curia pag. 278.
(*e*) Supra ad an. 1452. §. XI.

A. D. 1454. *Friderico* Auguſto conceſſas, multæ frequenteſque in Germania lites obortæ eſſent, & eaſdem lites alerent aliæ *Eugenii* IV. litteræ, quibus Chiemenſi Epiſcopo mandaverat, ut Pontificis donationi centum beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura animarum *in terris & dominiis hæreditariis Friderici tunc Romanorum regis* addiceret; ac his accederent aliæ ipſius *Nicolai* Pontificis litteræ de *gratiis Expectativis*, plures idcirco Germaniæ Epiſcopi, aliique beneficiorum collatores parere nollent, in tanto rerum diſcrimine *Fridericus* Imperator Pontificem deprecatus eſt, ut ambages omnes tolleret. Edidit itaque Pontifex hoc anno die XXII. *Septembris* Apoſtolicam Sanctionem, qua enarratis primum, quæ ex *Eugenii* IV., & ex aliis ipſiuſmet *Nicolai* Imperatori *Friderico* litteris conceſſis, ac item ex aliis ejuſdem *Nicolai* ante & poſt memoratas de primariis Precibus litteras, editis Conſtitutionibus, decretis, & regulis, exortæ in Germania difficultates fuiſſent, quibus factum erat, ut quam plures *ex nominatis, & habentibus Preces a Federico, ab aſſecutione beneficiorum impedirentur*, ſtatuit, atque declaravit, *ut nominati, ſeu primarias Preces habentes*, S.R.E. *Cardinalibus dumtaxat*, & nonnullis aliis exceptis, omnibus & ſingulis aliis præferrentur. Alia inſuper his litteris decrevit, & edixit, ut quæcumque dubitandi, ac aliter interpretandi ſubterfugia ſummoveret. Has litteras ex Apoſtolicis ſcriniis depromptas publici juris fecit Conradus Oligenius (*a*), ſeu Eminentiſſimus Corradinus. *Collegium Ayncurienſe* ad urbem Lovanienſem, litteris Apoſtolicis die XXIII. *Junii* (*b*) datis tranſtulit. Quum de Primatu inter *Xenodochium S. Spiritus in Saxia* in Urbe, & *Præceptorem* domus, ſeu *Xenodochii Montiſpeſſulani* controverſia exor-

Collegii Ayncurienſis ad urbem Lovanii translatio.

(*a*) De primariis Precibus pag. 34. & ſeq.

(*b*) Exſt. apud Marten. Collect. ampliſs. Anecdot. tom. IV. pag. 1193.

Digitized by Google

A. D. 1454.

Primatus Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia ſupra Præceptorem Montiſpeſſulani confirmatur.

Conſtitutio pro Capitulo Baſilicæ Vaticanæ.

exorta eſſet, atque *Antonius* Cardinalis, *Ilerdenſis* appellatus, ſententiam tuliſſet adverſus Præceptorem Montiſpeſſulani, hanc ſententiam Pontifex Apoſtolico diplomate die XXX. *Septembris* (*a*) confirmavit. Baſilicæ Vaticanæ *Canonicos*, *Beneficiatos*, *Capellanos*, *& Clericos*, edita Conſtitutione die *ſecunda Novembris* (*b*), ſtatis temporibus, indumentis violacei coloris, certis forma & modo confutis, uti, tam in ipſa Baſilica, quam extra, decrevit. Hujus Conſtitutionis initio B. Petri Apoſtolorum Principis, & ipſius Baſilicæ Vaticanæ præſtantiam extollit: *quam*, inquit, *ſupra modum noſtrarum virium ſingulari internaque veneratione, & devotione complectimur, ſtructuris mirificis, ornamentiſque, & bonis pluribus decorare, ac alias ſpiritualibus & temporalibus donis, prout jamdudum cœpimus, coadiuvante Domino, multimode extollere, ac magnificare decrevimus*. Denique ſtatuta, atque decreta ejuſdem Baſilicæ confirmat.

XI.

Alphonſus rex paci ſubſcribendæ per Oratores Italiæ Principum adduci non poteſt. Apoſtolicæ Sedis Legatus ad eum a Pontifice mittitur.

Licet Oratores Venetorum, Mediolanenſium, & Florentinorum *Neapolim*, ut diximus, profecti eſſent, ut *Alphonſus* rex pacem die IX. *Aprilis* initam, ſuo ſuffragio ratam haberet, nondum hoc anno votis potiri potuerunt. Apoſtolicæ Sedis Legatum eo ablegandum Pontifex duxit, atque *Dominicum Capranicam tit. S. Crucis* Cardinalem, & Epiſcopum *Firmanum*, ſummæ prudentiæ, & auctoritatis virum deſignavit, ut eundem regem cum *Venetis*, *Mediolani Duce*, *Florentinis*, & *Genuenſibus* conciliaret (*c*), cujus opera pax tandem, Deo auſpice, ſumma omnium Italorum lætitia anno inſequenti confecta eſt. Hujus

(*a*) Lib. XVIII. Secret. pag. 236.
(*b*) Lib. II. Secr. de Curia pag. 70. & apud Morettum in Lucubratione de Presbyterio pag. 368.
(*c*) Lib. XVIII. Secret. pag. 406. Manettus lib. II. pag. 944. 945. Platina in Vita, Poggius Hiſtor. Florent. lib. VIII. pag. 383. Jo. Baptiſta Poggius in Vita Card. Capranicæ §. XI.

A. D. 1455.

I.
Pax Italica ab Alphonſo rege rata habetur.

HUjus igitur anni initio poſt varias diuturnaſque utrimque contentiones, tandem Apoſtolicæ Sedis Legatus hortando, monendoque, ac pacis concordiæque ſequeſtrum Pontificem pollicitus, in idem fœdus, paciſque leges compulit, quas *Veneti*, *ac Mediolani Dux* ſtatuerant. Ratum id habuit *Alphonſus* rex die XXVI. *Januarii* (*a*) amplexuſque eſt pacis tabulas die IX. *Aprilis* anni ſuperioris confectas, nomine etiam *Ferdinandi* filii, profeſſus tamen, ſe id feciſſe precibus, interventuque, & obteſtationibus *Dominici Cardinalis S. Crucis*, Apoſtolicæ Sedis de latere Legati, *Nicolai* V. Pont. Max. gratia, atque cæterorum Oratorum. In annos XXV. pax ſancita eſt. Ut autem firma ac ſtabilis ab omnibus haberetur, data eſt per omnes fides, jurejurandoque firmata. Ad hæc conventum eſt (*b*), ut ſi qua deinceps inter utroſque diſſenſio, diſcordiave quovis modo oriretur, ejus tollendæ jus & poteſtas penes tantum Pontificem eſſet; neque cuiquam liceret arma adverſus alium ſumere, niſi poſtulaſſet prius, præſtolareturque Pontificis aſſenſum. Omnes præter *Genuenſes* in pacis tabulas conſenſiſſe narrat Platina (*c*), quod eis cum *Alphonſo* rege non conveniebat, ob tributum promiſſum, nec redditum, ut *Alphonſus* affirmabat. Ad futuram Italiæ quietem perturbandam illud prætermiſſum Oratorum negligentia tradit idem Platina, quod nulla mentio in his pacis legibus de *Sigiſmundo Pandulpho Malateſta*, qui prius pacta mercede ſub *Alphonſo* militarat, deinde, eo inconſulto, ad *Florentinos Alphonſi* hoſtes defecit, ac ſub eis ſtipendia meruit. Romam igitur poſt hæc Oratores feſtivi redierunt, atque Pontificem lecto decumbentem, gravique morbo affectum adie-

(*a*) Traitez de Paix tom. III. P. I. pag. 234.
(*b*) Platina, & Poggius in Hiſtor. Florentin. ut ſupra.
(*c*) Ut ſupra.

A. D 1455.

adierunt, qui eos alacriter accepit, ac ſummis laudibus ob Italiæ pacem conſtitutam extulit. Itaque die xxv. *Februarii* (*a*) Apoſtolico diplomate confœderationes, pactave inter *Alphonſum Aragonum & utriuſque Siciliæ regem, Venetos, Mediolani Ducem, ac Florentinos, adſtante Dominico Cardinale S.Crucis Firmano Epiſcopo, Apoſtolicæ Sedis de latere Legato* confirmavit. Fama vero hujus pacis ubi primum ad exteras gentes perlata eſt, ingentis lætitiæ, atque admirationis cauſſa fuit. Idcirco Zantflietus in Chronico ad an. 1454. (*b*) hæc de ea memoriæ prodidit, rudi licet atque impolito dicendi genere: *Ea tempeſtate*, inquit, *per medium Domini Papæ, & Cardinalium contra communem ſtilum & conſuetudinem per totam Italiam pax firmata eſt inter Principes, & Communitates, Venetos, Januenſes, Florentinos, Senenſes, Mediolanenſes, & regem Aragonum cum gaudio omnium chriſtianorum, ut ſic commodius occurrere poſſent, & reſiſtere deinceps Turcis, & Saracenis, qui multa jam loca chriſtianorum, tam in Aſia, quam in Europa occupaverant*. Si vera, ad diem quod attinet, Stephanus Infiſsura (*c*) refert, præconis voce die XI. *Martii* Romæ hæc pax ſummo omnium ordinum plauſu proclamata eſt; erectis in eam ſpem animis, ut proſperos in Turcas eventus ſibi augurarentur.

II.

Quæ pro ſacro bello Philippus Burgundiæ Dux paraverit. Decumæ a clero perſolvendæ Pontificis juſſu. Legati Apoſtolicæ Sedis ad eundem Ducem deſtinati.

Spem etiam Pontificis auxerant *Philippi* Burgundiæ Ducis apparatus, atque pollicitationes; nam urbibus ejus imperio obnoxiis certam quamdam auri vim in bellicos ſumptus impoſuerat (*d*), quam ſacro bello devoverat, neque eam exacturum, niſi in procinctu promiſerat. Hæc Pontifex quum accepiſſet, editis Apoſtolicis litteris die

IX.

(*a*) Lib. XXVI. de Curia pag. 54.
(*b*) Ut ſupra pag. 484.
(*c*) In Diario ad an. 1455.
(*d*) Raynald. an. 1455. num. 1.

A. D. 1455. IX. *Januarii* (*a*) hujus ineuntis anni, decumas reddituum Eccleſiaſticorum a clero in tota ditione ipſius Ducis pro bello ſacro ſolvendas indixit, atque ejuſdem ditionis populis ad idem bellum propriis ſumptibus euntibus, aut militem ſuis ſtipendiis ducentibus Indulgentiarum præmia largitur. Præterea ad inflammandum magis ad id opus eundem Ducem, Apoſtolicis aliis litteris die x. *Martii* (*b*) Legatos creavit *Tullenſem*, & *Atrebatenſem* Epiſcopos, quibus mandavit, ut ipſius Ducis conſiliis obſequerentur. At geſta non fuit hæc Legatio, quum paucis poſt diebus Pontifex obierit.

III. Imperium Luſitano regi in Africa Apoſtolicis litteris Pontifex confirmat.

Tantæ de bello magna Principum conſenſione Turcis inferendo alacritati addebatur propagatum in Africa ad *Æthiopes*, & intimas uſque regiones per Luſitanos imperium, qui *Henrico Alphonſi* Luſitani regis patruo auſpice, *Ghineam* totam conquiſierant, chriſtiana ſacra eo induxerant, templa excitarant, fidemque catholicam propagare cœperant. Tam læto rerum ſucceſſu recreatus Pontifex, quo bene de fide catholica meritis gratus eſſet, ne alii ſpe lucri in eas oras proficiſcerentur, imperioque Luſitanos dejicerent, Apoſtolica Sanctione die VIII. *Februarii* (*c*) edita, *Alphonſo Portugalliæ*, *&* *Algarbiorum regi* quidquid a promontoriis, ſeu *a Capitibus de Benador*, *& de Nam per totam Chineam*, *ſeu* Guineam, *& ultra ad antarcticum verſus meridionalem plagam* protenditur, e Saracenorum manibus ereptum, omniaque Saracenorum aliorumque infidelium interjacentium regna, ac alia etiam remotiora cum objacentibus Inſulis confirmat, ac eas regiones ad ipſius regis imperium & juriſdictionem ſpectare decernit, neque cuiquam alii licere jus in iis habere, vel exercere: Eccleſias, domos, & alia

(*a*) Lib. XVIII. Secret. pag. 194. & 196.

(*b*) Ibid. pag. 45.

(*c*) Lib. II. Secret. de Curia pag. 71.

& alia pia loca pro rei chriſtianæ, & religionis incremento ibi ædificandi, & excitandi facultatem concedit; & eas regiones incolentes indulgentiarum præmiis, & privilegiis ornat.

IV.

Athenæ a Mahomete captæ. Taurica Cherſoneſus, & alia ad mare Ponticum a chriſtianis culta loca Turcarum feritati objecta. Hortatoriæ Pontificis ad opem ferendam litteræ.

Verum hæc tam læti ominis præſagia triſtes ex Orientalibus plagis nuncii perturbarunt. *Mahometes* Athenas ſibi ſubjecerat, junctique Tartaris Turcæ (*a*) *Caffam* in Taurica Cherſoneſo, tum Genuenſium coloniam, aliaque ad mare Ponticum a chriſtianis frequentata loca evertere moliebantur. His acceptis Pontifex, vehementer afficiebatur animo, litteriſque datis (*b*) ad *Genuenſes* eorumque amicos, ut hoſtium conatibus ſeſe totis viribus objicerent cohortatus eſt, atque cæleſtes theſauros iis, qui ſtipem in eam rem conferrent, pollicitus fuit.

V.

Nonnullæ hujus anni Apoſtolicæ litteræ.

Eccleſia SS. Johannis & Pauli Geſuatis conceſſa.

Trevirenſe gymnaſium inſtituit.

Ne quis auxilium, aut aliud Jacobo Picinino præbeat.

Ne quid vero pro inſtituto noſtro de Pontificiis aliis Sanctionibus hoc anno editis omittamus, occurrunt in primis Apoſtolicæ litteræ die *prima Januarii* (*c*) latæ; quibus ad preces *Latini* Cardinalis *Urſini*, ſublatis Canonicis, Eccleſiam *SS. Johannis & Pauli* in Urbe *Geſuatarum* familiæ conceſſit. In *Trevirenſi civitate* publicum ſcientiarum gymnaſium inſtitui permiſit, illudque Apoſtolicis litteris die II. *Februarii* (*d*) vulgatis, privilegiis ornavit. Adverſus *Jacobum Picininum* copiarum ductorem, qui ditionis Eccleſiaſticæ loca nonnulla occupaverat, Sanctionem die XXVIII. *Februarii* (*e*) edidit, indignationis Apoſtolicæ pœnis intentatis, ac vetuit, ne quis e populis Apoſtolicæ Sedis auxilium, tranſitum, commeatus, & his ſimilia ei ſuppeditaret. *Piciniuus* e Gallia ciſalpina caſtra moverat (*f*), & in Flaminiam venerat,

X

(*a*) Raynald. an. 1455. n. 6. & ſeq.
(*b*) Ibid.
(*c*) Pompejus Ugonius de Stationibus Urbis pag. 31.
(*d*) Lib. XVIII. Secret. pag. 377.
(*e*) Lib. XXVI. de Curia pag. 52.
(*f*) Jo: Simonetta de rebus geſtis Franciſci Sfortiæ Lib. XXV.

A. D. 1455.

nerat, hoſtilia ditioni Eccleſiaſticæ, aut Senenſibus facturus, & commeatu, atque tranſitu a *Borſio* Ateſtino Marchione, & a *Malateſta novello* juvabatur; idcirco in eum, ejuſque fautores Pontifex has litteras edidit. Quamobrem alio *Picininus* iter intendit.

VI. Extremus Pontificis morbus. Sacramentis munitur. Cardinales alloquitur. Pie obit. Anni Pontificatus.

Hæc & alia, quæ diximus, pro chriſtiana republica dum Pontifex ageret, quamvis ab hujus anni exordiis non levi arthritidis morbo conflictaretur, tandem graviori correptus febre, ad extremum vitæ curriculum adductus eſt. Supremam luctam, vi morbi patientiſſime tolerata, (*a*) fortiter tulit, Sacramentorum præſidio ſe muniit, Cardinales ad ſe accivit, ut ex more cuncta perageret (*b*), atque de Pontificatus regimine rationem redderet; ſi quid offendiſſet, veniam a ſacris Senatoribus peteret, longam ideo ad eos orationem habuit, quam *teſtamentum* appellant. Quidquid in Pontificatu geſſit, ordine retulit, atque ita Cardinales commovit, ut omnes e cubiculo collacrymantes exiiſſe dicantur. Denique migravit ad Dominum: *Die Lunæ* (*c*) *quæ fuit* XXIV. *menſis Martii hora quinta circa ſextam noctis*, ætatis anno (*d*) *quinquageſimo ſeptimo*. Maximum ex ejus obitu boni omnes dolorem ceperunt, ii præſertim, qui profligari Turcas, atque eorum feritatem retundi cupiebant. Torpuerunt enim ſtatim pii conatus, pro quibus tantopere Pontifex (*e*) adlaborabat. Apud Raynaldum (*f*) ſediſſe traditur *annos octo, & dies decem novem*, obiiſſe die XXIV. *Aprilis* (typographi mendo, ut puto, pro XXIV. *Martii*) *hora noctis quinta*, ut Stephanus Infiſſura, & alii referunt. Dies autem XIX. a die VI. *Martii*, quo electus eſt, ad diem

(*a*) Manettus Lib. II. pag. 945.
(*b*) Ibid. Lib. III. pag. 946. & ſeq. Vid. Ord. Rom. XV. Petri Amelii cap. CXLIII. pag. 526.
(*c*) Jacob. Radulphi in Diar. Conſiſt.
(*d*) Manettus Lib. II. pag. 945.
(*e*) Commentar. Pii II. Lib. I.
(*f*) Ad an. 1455. n. 12. 13.

diem XXIV. ſupputantur. Alii vero dies XX. ſtatuunt, quia quum nocte inſequenti diei XXIV. *Martii* obierit, diem XX. jam inchoatum enumerant, & XXV. *Martii* faciunt. Hinc in ejus numiſmate apud Molinetum (*a*), & Bonannum (*b*) hæc epigraphe in poſtica legitur: SEDIT AN. VIII. DIES XX. OBIIT XXV. MART. MCCCCLV. ANDREAS GUAZALOTUS. Procuſum eſt hoc numiſma ab *Andrea Guazaloto*, ut verba ipſa exhibent. Neque Molinetus, neque Bonannus, quis hic Andreas fuerit, docent. Nos de eo aliquid expiſcati ſumus. Habentur in codice Vaticano (*c*) nonnullæ orationes *Nicolai Palmerii* Siculi, ordinis Eremitarum S. Auguſtini, primum *Catacenſis* in Calabris, deinde *Hortani* Epiſcopi, in unum collectæ, in quarum calce hæc verba leguntur: *Ego Andreas de Guazalotis de Prato tunc temporis Scriptor in Regiſtro Bullarum, & Canonicus Pratenſis, ac etiam Plebanus & Rector Villæ ayoli . . . fidelis, & in omnibus cum perenni promtitudine ſe obedientiam duraturam, reverentiam ſempiternam, & devotionem perpetuam famulandi, propria manu tranſcripſi ſolummodo quantum in ſchedulis, & repertoriis inveni, ſed medium, & finem reperire non potui: præveniente morte dicti Pontificis Nicolai omnia ſublata fuerunt*. Hæc ibi. Apud Ughellum in Hortanis Epiſcopis exhibetur numiſma ejuſdem *Nicolai* Epiſcopi, at rude, & impolitum: aliud autem eidem ſimile, egregie ſervatum e domeſtico Muſeo protulit V. C. Juſtus Fontaninus Archiepiſcopus Ancyranus, quem honoris cauſſa nomino, ac de eo meminit in Antiquitatibus Hortanis (*d*). In his inter cætera hæc verba inſcripta ſunt: ANDREAS GUACIALOTUS CONTUBERNALIS B. F. quæ ſiglæ *Benefactori Fecit* ſignificant. Quod ergo

(*a*) Numiſm. Rom. Pontific.

(*b*) Numiſm. Rom. Pont. tom. I. pag. 49. num. VIII.

(*c*) Cod. Vat. 5815.

(*d*) Lib. II. cap. VII. pag. 301. poſtremæ editionis.

A. D. 1455. *Andreas Guacialotus* natione Tuſcus, a *Nicolao* Hortano Epiſcopo gratia atque beneficio affectus eſſet, numiſma in ejus honorem cudendum curavit. Quo item gratum ſe erga *Nicolaum* v. Pontificem Maximum, a quo forte beneficiis ornatus fuerat, oſtenderet, numiſma poſt ipſius Pontificis obitum procudit, in cujus poſtica *cymba*, per quam Eccleſia deſignatur, viſitur, & in orbe illa, quam ſupra epigraphe retulimus. At nimium nos hic excurſus detinuit.

VII. Ejus parentalia. Orationes de eo funebres, Epitaphium.

Funus *Nicolao* Pontifici more majorum in Vaticana Baſilica ſtatis diebus amplum, atque magnificum curatum eſt. Prima parentalium die funebri oratione laudatus eſt a *Nicolao*, de quo meminimus, tunc *Catacenſi* Epiſcopo, quæ quidem oratio in Vaticanis (*a*) pluteis aſſervatur. Alia novendialium die funebrem laudationem habuit *Jacobus* Epiſcopus *Atrebatenſis*, quæ item inter Vaticanos codices (*b*) latet. Paucis ante Pontificis obitum diebus *Atrebatenſis* Epiſcopus ad *Philippum Burgundiæ Ducem* Legatus deſignatus erat. Fuit autem e regio Luſitanorum ſanguine (*c*), omnibus ingenii ac animi dotibus, modeſtiaque præditus, atque a *Calliſto* III. an. 1456. in ampliſſimum Cardinalium ordinem lectus, verum immaturo fato præreptus; obiit enim Florentiæ, quum nondum XXVI. ætatis annum explevisſet. De more plures in funere Pontificum Maximorum orationes habendi, nonnulla initio (*d*) attigimus. Novendialibus ſacris peractis, prænobili ſepulchro, cujus ectypon apud Ciaconium, & alios habes, in Vaticana Baſilica Pontificis corpus conditum eſt, hocce poſito epitaphio.

Hic ſita ſunt Quinti Nicolai Antiſtis oſſa,
Aurea qui dederat ſæcula, Roma, tibi.

Conſi-

(*a*) Cod. Vat. 5815. pag. 3.
(*b*) Cod. Vat. 3675.
(*c*) Vid. Ciacon. tom. II. pag. 990.
(*d*) Supra ad an. 1447. §. 1.

Conſilio illuſtris, virtute illuſtrior omni,
Excoluit doctos doctior ipſe viros.
Abſtulit errorem, quo ſchiſma infecerat orbem,
Reſtituit mores, mœniaque, templa, domos.
Tum Bernardino ſtatuit ſua ſacra Senenſi,
Sancta Jubilei tempora dum celebrat.
Cinxit honore caput Federici, conjugis aureo:
Res Italas, icto fœdere, compoſuit.
Attica Romanæ complura volumina linguæ
Prodidit: en tumulo fundite thura ſacro.

VIII. Ejus virtutes, atque religio.

Ejus animi præclaræ dotes mire ab omnibus extolluntur. Munificus, liberalis, gratus, clemens, beneficus, miſericors, juſtitiæ, & pacis maxime cultor, pius, & in omnes humanus fuit: divini cultus, atque ſacrorum rituum præterea religioſiſſimus cuſtos. De his teſtem inter cæteros Platinam (*a*) damus, qui *Nicolai* vitam ſine invidia, & odio ſcripſit: *Eleemoſynas quoque*, ait, *multas in pauperes erogavit, maxime vero in nobiles ad inopiam ob varios rerum humanarum caſus redactos. Virgines inopes ſua pecunia & munificentia maritis collocavit. Legatos aliunde venientes, munifice ſemper ſuſcepit, nullo non genere honoris, & liberalitatis adhibito. Avaritiæ autem adeo expers fuit, ut neque officium ullum vendiderit, neque beneficium ſimoniaca pravitate ductus ulli collocaverit. Gratus erga de ſe, & Eccleſia Dei meritos: amator juſtitiæ, pacis auctor, & conſervator: clemens in delinquentes: cæremoniarum diligentiſſimus obſervator, nihil quod ad divinum cultum attineret, omittens. Exſtant adhuc vaſa aurea & argentea: exſtant cruces gemmis ornatæ: exſtant & ſacerdotales veſtes auro & margaritis inſignitæ: exſtant peripetaſmata, & aulæa auro, & argento inter-*

(*a*) In Vita ad calcem.

Digitized by Google

A. D. 1455.

tertexta : exſtat & mitra Pontificia, quæ hominis munificentiam nobis oſtendunt. Religioſos, ut vernaculo verbo utar, ita amavit, ut eos, & mira beneficentia, & Eccleſiaſticis beneficiis juverit. De ſacris ornamentis, pretioſioribuſque gemmis in rem divinam deſtinatis, aulæis, & aliis ejuſmodi, ac de ſacrarum cæremoniarum cura idem teſtatur Manettus (*a*). Quid autem de ejus pietate ac religione erga Deum, de cultu divino, de caritate, de ſumma fidei catholicæ propagandæ cupiditate, de moribus atque Eccleſiaſtica diſciplina reſtituendis, de hæreſibus evellendis, de ornatu ac nitore templorum dicam? Hæc ubertim ex eorum ſerie, quæ narravimus, tu ipſe, Lector, colliges.

IX.

Ædes ſacræ, ædificia, & opera publica a Nicolao Pontifice inchoata, & perfecta.

Quadraginta & amplius Urbis Eccleſiæ inſtaurantur.

Munificus præterea *Nicolaus* Pontifex in exſtruendis, reficiendiſque operibus publicis fuit. His recenſendis, principem locum ſacris ædibus damus. Quadraginta Urbis Eccleſias [*b*], in quibus ex vetuſtiſſimo Romanorum Pontificum inſtituto, certis diebus *Stationes*, ut majores noſtri dixerunt, agi ſolent, ideſt preces, & ſupplicationes a Chriſtifidelibus ſumma religione fiunt, aut renovavit, aut a ſolo reſtituit. Ne ſingulas Manettus enumeraret (*c*), raptim commemorat Eccleſiam *S. Mariæ Tranſtyberim*, *Beatæ Praxedis*, *S. Theodori*, atque ſeptem celebriores tum Urbis Baſilicas, nimirum *S. Johannis in Laterano*, *S. Mariæ majoris*, *S. Stephani in cælio monte*, *Sanctorum Apoſtolorum*, *S. Pauli via Oſtienſi*, & *S. Laurentii extra muros*. Baſilicam vero

Baſilicæ Vaticanæ nova ædificatio, & Obeliſci translatio Pontificis animo obverſatur.

B. Petri Principis Apoſtolorum a fundamentis magnifice inchoare & perficere meditabatur, cujus Ichnographiam adamuſſim Manettus (*d*) deſcribit. In areæ maximæ Vaticanæ medi-

(*a*) Lib. II. pag. 924. & lib. III. pag. 956.

(*b*) Manettus Lib. II. pag. 930. 931. & ibid. pag. 950. in teſtamento Nicolai V.

(*c*) Ibid. pag. 931.

(*d*) Ibid. pag. 934. & ſeq.

A. D. 1455.

meditullio ante veſtibulum, ac templi frontem ingentem (*a*) Obeliſcum a *Sixto* v. poſtea translatum, collocare, additis ornamentis, deſtinaverat. Inchoavit tamen in eadem Baſilica abſidam muſivi operis, quam, ut Michael Canenſius (*b*) habet, *Paulus* II. Pontifex Maximus quinque mille & ultra aureorum impenſa perfecit, & abſolvit.

Abſis in Baſilica Vaticana inchoata.

Extra Urbem *B. Franciſci* Eccleſiam in oppido, nunc civitate *Fabriani* (*c*), jam collabentem, egregiis fundamentis, tectiſque reſtituit. *Aſſiſinatem* etiam *B. Franciſci* (*d*) ædem pluribus in locis corruptam, & prope collapſuram, novis fundamentis conſtabilivit, & novis tectis contexit. Eccleſiam quoque *B. Benedicti* (*e*) in oppido *Gualdi* in Umbria refecit, & novis operibus perpolivit.

Eccleſiæ extra Urbem reſtitutæ.

A ſacris templorum ad alia ædificia tranſeamus. *Urbem Leoninam* ornare atque munire conſtituerat, & a porta molis Hadrianæ tres amplas vias (*f*) dirigere, quarum intermedia ad aream Baſilicæ *B. Petri* protendebatur, altera a dextris ad portam Palatinam, ideſt ad ædes Vaticanas; tertia demum a læva Tiberim verſus uſque ad eum locum (*g*), ubi altiſſimus obeliſcus viſebatur. Hæ viæ tabernis opificum, atque domibus eorum deſtinatæ erant, ac porticibus undique intercolumniiſque ornandæ.

Urbem Leoninam a novo reſtituere meditatur.

Ædes Pontificum in Vaticano, mœnibus ab arce *S. Angeli*, & propugnaculis duobus poſt Vaticanos hortos excitatis, condere, atque amplificare parabat (*h*), ac opus ab ingenti & maxima turri inchoavit.

Ædes Vaticanæ amplificantur, & muris præcinguntur.

Pontem Hadriani turribus (*i*) præmunivit, ac ipſam *Hadriani molem* (*k*) crebris extrinſecus propugnaculis

Pons, & moles Hadriani muniuntur.

(*a*) Ibid. pag. 933.
(*b*) In Vita, edita a Card. Quirino pag. 81. De abſida Baſilicæ Vaticanæ a *Nicolao* v. extructa vide Baron. ad an. 395. n. VI. VII.
(*c*) Manettus Lib. II. pag. 929.
(*d*) Ibid.
(*e*) Ibid.
(*f*) Ibid. pag. 931.
(*g*) Ibid.
(*h*) Ibid. pag. 932.
(*i*) Ibid.
(*k*) Ibid. pag. 930.

Digitized by Google

A. D. 1455.

gnaculis vallavit, & quatuor turribus (*a*) fulciendam curavit: intrinſecus vero aulis (*b*), & tricliniis diſtinxit. A ponte ad portam *Palatinam* nihil innovavit; ex tranſverſo autem ſupra pontem verſus meridiem (*c*) totam regionem illam novis muris, turribus, propugnaculis trans portam vulgo *Pertuſam* uſque ad regionem, Xenodochium S. Spiritus reſpicientem, abſolvit. *Muros Urbis* a porta *Flumentana* (*d*) ex inferiori parte verſus Orientem per *Collatinam*, per *Viminalem*, per *Næviam*, per *Latinam*, per *Capenam* uſque ad *Trigeminam* ruinam minantes, multis in locis, continuatis novis propugnaculis trans *pyramidem lapideam* (ideſt *C. Ceſtii* ſepulchrum) mœnibus ipſis aſtantem, inſtauravit. A parte inferiori (*e*) verſus Occidentem uſque ad Hadriani pontem eadem mœnia reſtituit. Extra Urbem quoque plura ædificavit; nimirum *Fabriani* (*f*) forum, ſeu aream; *Centumcellis* (*g*) ingentia & magnifica ædificia conſtruxit; in *civitate Caſtellana* (*h*) tertiam mœnium partem refecit; *Narnienſem* arcem (*i*) munivit; in *Urbe veteri* (*k*) arcem cum magnificis ædibus, maximis foſſis undique circumdatam condidit; arcem *Spoletanam* (*l*) atriis, cubiculis magno ſumptu corroboravit, adauxit, & exornavit; ad *balnea Viterbienſia* (*m*) eorum commodo, qui valetudinis cauſſa ad ea accedebant, plura habitacula conſtruxit. In aliis demum ditionis Eccleſiaſticæ oppidis ædificia publica excitavit. Singula hæc ferme ipſe Pontifex in ſuo teſtamento (*n*) obiter percurrit: *Quocirca*, inquit, *nos & Gualdi* (*ut a minimis incipiamus*)

Mœnia Urbis reficit.

Ædificia extra Urbem. Arces plures conditæ, & præmunitæ.

Ædes ad balnea Viterbienſia excitatæ.

[*a*] Manettus, ut ſupra pag. 932.
(*b*) Ibid. pag. 930.
(*c*) Ibid.
(*d*) Ibid. pag, 930.
(*e*) Ibid.
(*f*) Ibid. pag. 929.
(*g*) Ibid.
(*h*) Ibid.
(*i*) Ibid.
(*k*) Ibid.
(*l*) Ibid.
(*m*) Ibid.
(*n*) Ibid. pag. 950.

A. D. 1455.

piamus) & *Fabriani*, & *Aſſiſii*, & *in utraque civitate*, *Vetuſta*, & *Caſtellana*, & *Narnia*, & *in Urbeveteri*, & *Spoleti*, & *Viterbii*, & *multis aliis Eccleſiæ noſtræ locis*, *plura peregregia ad certum quemdam*, & *expreſſum utriuſque devotionis*, *munitioniſque effectum ædificia condidimus*. Anienis fluvii alveum (*a*), quo facilius materies ædificationibus accommodata in Urbem inveheretur, mundari & purgari fecit. *Aquam Virginem* præterea, quæ ſola (*b*) tunc in Urbem influebat, ejus ductu multis in locis dilapſo, arcubus, & ductu ipſo refectis, reſtituit. Elegans tum ob eam a *Nicolao* Pontifice reſtitutam, prope emiſſarium, ad *Trivii fontem*, ut nunc vulgo dicitur, poſita fuit inſcriptio, & habetur apud Ciaconium (*c*) quæ talis eſt.

Anienis alveum purgat.

NICOLAVS V. PONT. MAX.
POST ILLVSTRATAM INSIGNIBVS
MONVMENTIS VRBEM
DVCTVM AQVÆ VIRGINIS
VETVSTATE COLLAPSVM
SVA IMPENSA IN SPLENDIDIOREM CVLTVM
RESTITVI ORNARIQVE MANDAVIT
ANNO DOMIN. I. C. MCCCCLIII.
PONTIFICATVS VII.

Silet, quod mirum eſt, de hujus Aquæductus inſtauratione & ornatu Manettus; at dubitare non ſinit inſcriptio nunc allata, atque Stephani Infiſſuræ teſtimonium (*d*), qui

Y

(*a*) Ibid.
(*b*) Poggius de Varietate Fortunæ lib. 1. pag. 17.
(*c*) In Vita tom. II. pag. 967.
(*d*) In Diar. ad an. 1451. inter Scriptor. rer. Italic. P. II. tom. III. pag. 1133.

A. D. 1455. qui ubi de operibus publicis *Nicolai* v. juſſu excitatis verba facit, ductum *Aquæ Virginis* inter ea commemorat, atque ab eo reſtitutum, & ornatum fuiſſe, ut pluribus in locis, & inſculptis litteris, & inſignibus ipſius Pontificis manifeſtum erat, aperte tradit. De magnis ædificationibus *Nicolai* Pontificis munificentia in Urbe inchoatis, & perfectis alii probati Scriptores in medium afferendi eſſe mihi videntur, qui licet breviter ea complectantur, nonnulla tamen exhibent, quæ ab aliis prætermittuntur, aut diſtinctius, & accuratius ea memorant. In his eſt Petrus Godius Vicetinus natu, qui in libello (*a*) de conjuratione Stephani Porcarii, quem dum fatalis illa conjuratio initio anni 1453. detecta eſt, ſcripſit, poſtquam narravit, urbem Romam *Nicolai* Pontificatu beatam fuiſſe, gemmis, veſtibus pretioſis adeo coruſcaſſe, ut ante quingentos annos nemo meminiſſet, eandem urbem ædificiis ab eo ornatam fuiſſe monet. In his recenſet ædes Pontificias ad *S. Mariam majorem*. Ad hæc addit, a fundamentis pro magiſtratu Urbis, *Capitolium*, & *mœnia* inſtaurari, *Leoninam* civitatem novis muris circumdari, magnificas *ædes* in *Vaticano* ædificari, turribus, ac parietibus magnæ craſſitudinis ibidem extructis, *molem Hadriani*, quam *caſtrum S. Angeli* appellant, muniri, atque pulcherrimis cubiculis ornari; Eccleſias præterea plurimas refici, tectum ac templum *S. Stephani in cœlio monte* prope collapſum, a novo fieri, ac item Diaconiam *S. Theodori*, cujus fundamenta, quum uno impetu defeciſſent, iterum poni; in *Vaticana Baſilica* abſidam (*b*) a fundamentis, quorum altitudo xxv cubitorum fuit, extrui, & *Pantheon* plumbeo tecto cooperiri, eundem Pontificem mandaſſe. Huic ſuccinit Platina (*c*), qui paucis eadem ferme habet: *Ædificavit præterea*, inquit, *ma-*

(*a*) Cod. Vat. 3619.
(*b*) Vid. Baron. ad an. 395. n. VI. VII.
[*c*] In Vita prope finem.

magnifice, & ſplendide, tum in Urbe, tum in Vaticano. In Urbe ædes Pontificias apud S. Mariam ad Præſepe. Reſtituit & templum S. Stephani in Cælio monte: a fundamentis vero erexit S. Theodori templum inter Palatinum & Capitolinum montem in plano ſitum. Pantheon quoque in medio Urbis poſitum, vetuſtiſſimum M. Agrippæ opus, plumbeo tecto reſtituit. In Vaticano autem, & Pontificias ædes ſumptuoſi operis in hanc formam, quam nunc cernimus, redegit, & muros Vaticani præaltos & latos inchoavit, jactis inſanis fundamentis ad turres, & majorem molem ſuperædificandam, quibus coerceri hoſtes poſſent, ne ædes Pontificis, & B. Petri templum (ut antea ſæpe factum eſt) diriperentur. Inchoavit præterea ad caput templi B. Petri amplam teſtudinem, quam vulgo tribunam vocant, quo templum auguſtius, & hominum magis capax eſſet. Pontem quoque milvium reſtituit, & ædes egregias ad balnea Viterbienſia ædificavit. Juvit & multos pecunia, qui in Urbe ædificabant. Ejus etiam mandato vici Urbis fere omnes ſtrati ſunt. Vides nonnulla a Godio, & a Platina commemorari, quæ a Manetto prætereuntur, & contra a Manetto alia recenſeri, quæ ab his omiſſa ſunt.

A. D. 1455.

X.
Quid in eo notatum ſit.

Inter tot, ac tam egregias virtutes illud tantum *Nicolao* Pontifici naſuti cenſores vitio dant, quod facilis, & pronus ad iram [a] eſſet, quippe qui natura biloſus erat, ſed facilem etiam reditu ad benevolentiam fuiſſe tradunt. *Hoc eſt*, inquit Platina, *quod anſam malevolis dedit ad carpendum hominem de Deo, & hominibus optime meritum*. Alii addunt, nimio vinorum ſtudio delectatum (*b*), perquiſitis undique ſelectorum vinorum generibus. Cæterum mores ejus per omnem vitam caſtiga-

Y 2

(*a*) Platina in Vita prope finem. (*b*) Volater. Anthrop. Lib. XXII. pag. 259.

A. D. 1455. ſtigatiſſimos fuiſſe, omnes fatentur. Ad ejus laudes illa addenda eſt, qua litteras & viros doctos ita coluit, & fovit, ut nullus antea Pontificum Maximorum majorem ſit gloriam conſecutus. Sed hanc ſpartam ſingulari Diſceptatione exornandam decrevimus, quam ſeorſim coronidis loco, hic ſubnectendam exiſtimavimus.

FINIS.

Digitized by Google

DISQUISITIO

DE

NICOLAI V. PONT. MAX.

Erga litteras, & litteratos viros patrocinio.

Digitized by Google

Digitized by Google

DISQUISITIO.

I. Quandonam barbaries ex Italia depulſa.

JAMDIU in Italia, ingeniorum licet altrice, Græcæ Latinæque litteræ jacuerant, atque nobiliſſima omnium regio rudis bonarum artium, ſquallore obſita torpebat, fœdamque barbariem, qua infuſcata erat, non deleviſſet, niſi ante chriſtiani ſæculi XIV. finem Italorum animi expergefacti, liberalibus diſciplinis ultro ſe dedidiſſent, atque eas veluti ab interitu revocaſſent. At ſenſim Latina lingua renaſci viſa eſt; Græca quoque, veluti pretioſa merces ex Orientali plaga adducta addiſci cœpit; ex quo factum, ut bonarum artium ſtudia in vitam rediiſſe dicerentur: ſed pueraſcebant, neque vires ſumere, aut adoleſcere poterant, niſi Romanorum Pontificum præſidiis & ope juvarentur. Per ea tempora Romana Eccleſia diro, ac diuturno ſchiſmate conflictata fuit; donec, Superis bene faventibus, NICOLAUS V. exortus eſt, qui, ſchiſmate ſublato, optimarum artium commodis mirifice proſpexit. Eo igitur Pontifice creato, litterarum ſtudia revireſcere, atque florere, fructuſque uberes edere cœperunt. Quotquot enim, aut Romæ, aut alibi, doctrina clari ferebantur, certatim ad *Nicolaum* confluxerunt, aut ab eo præmiis acciti ſunt. *Eugenii* quidem IV. Pontificatu ab Epiſtolis Apoſtolicis erant *Poggius Florentinus*, *Georgius Trapezuntius*, *Flavius Blondus*, *Leonardus Aretinus*, & *Antonius Luſcus* (*a*) quorum aliqui *Martini* quoque Pontificatu eodem munere perfuncti; ac iis addendi *Bartholomæus a Monte Politiano*, *&* *Cincius* natione *Romanus*. *Poggium*, & *Blondum*,

(*a*) Poggius in libel. de Avaritia. Vid. Vallam Antidot. IV. Platina in Vita Eugenii IV.

dum, ac *Trapezuntium* Apoſtolicis litteris conſcribendis *Nicolaus* iterum præfecit, quibus & alios addidit, ut ſuo loco dicemus. Utrumque præmiis ad ſcribendum Pontifex excitavit.

II. Quid Poggius Florentinus Nicolai Pontificis hortatu ediderit.

Atque ut a *Poggio* ordiamur, quocum vetus familiaritas, & conſuetudo *Nicolao*, antequam ad Pontificatum eveheretur, jampridem interceſſerat, eidem tum *Thomæ Sarzanenſi* libellum *de Infelicitate Principum* (*a*) inſcripſit; & ſimul ac Pontifex creatus eſt, Orationem de ejus laudibus (*b*) habuit. Ipſius ergo Pontificis hortatu Poggius *Xenophontis Cyropædiam*, *Diodori Siculi Hiſtoriam* e Græco in Latinum vertit, & quatuor de Varietate Fortunæ libros ſcripſit, præfixa ſingulis Præfatione, ſeu nuncupatoria ad Pontificem Epiſtola.

Diodori Siculi, & Xenophontis in Latinum verſiones.

In Præfatione librorum de Varietate Fortunæ (*c*) quid, *Nicolai* hortatu ſcripſerit, his verbis commemorat: *Hanc vero Hiſtoriam, quum videatur ei contermina libro, qui eſt a me olim de Principum Infelicitate, in tuo vero nomine editus, conſentaneum duxi, tibi eidem homini, ſed alio nomine, quum in ſuprema ſis omnium dignitate, loco munuſculi dicare. Plurimum quidem me tibi debere profiteor, qui ſemper tuis cohortationibus effeciſti, ut Xenophontem ad noſtros traducerem, qui eſt de Inſtitutione Cyri, in quo, ſi quid ſatis legentibus feci, tibi acceptum debet referri, meis laboribus auctori.* In nuncupatoria vero de Diodoro Siculo, poſtquam præmiſiſſet, nonnullos Pontifices *in erigendis, ornandiſque doctorum virorum ingeniis dormitaſſe*: *te ſolum*, inquit, *hæc noſtra conſpexit ætas, qui quum probe noris, virtutem vitæ mortalium ducem eſſe, præſtantes doctrina viros ſublevares, & ab inerti otio ad ſcribendi negocium*

(*a*) Exſt. inter Poggii Opera edit. Baſil. Pag. 390.

(*b*) Ibid. pag. 287.

(*c*) Pag. 2. edit. Pariſ. an. 1723.

cium traduceres, ut vere hanc noſtram chriſtianam Rempublicam ab eo nunc regi, gloriari poſſimus, qui & ſapientiſſimus exiſtat, & diligat ſapientiæ ſtudioſos. Mox: *Itaque nunquam ſatis pro meritis tua probitas, & virtus laudari poteſt, quæ quum omnem ante actam vitam variis diſciplinis impenderit, nunc & doctis favet viris, & ſua munificentia reliquos ad eandem incitat virtutis æmulationem. Ego ſane, cujus inter omnes tenuis eſt & doctrina, & dicendi facultas, profiteor, me tuis exhortationibus, liberalitateque compulſum, operoſius quam ante ſcribendi ſtudio incubuiſſe. Nam quum prius hortatu tuo Xenophontem de Cyri Vita Latinis legendum tradidiſſem, & hos quoque ſex Diodori Siculi libros, quos fabuloſos ob antiquitatem temporum (nam ante bellum Trojanum acta continent) appellavit, traducendi munus, te inſtante, ſuſcepi*. Hæc Poggius, qui A. D. 1453. Florentiam adiit, ac Florentinæ Reipublicæ a ſecretis dictus eſt. At Georgius Trapezuntius, vere ne, an contumelioſe neſcio, in epiſtola ad Andream filium data *Neapoli Kalendis Junii* an. 1454. (*a*) hujuſmodi verſiones ejuſdem Georgii laboribus deberi ſcribit, ideoque ingrati animi crimine Poggium arguit: *Nemo enim pene ignorat*, inquit, *quot quantaque mea in Florentinum Poggium merita extiterunt. Univerſa enim Apoſtolica Cancellaria teſtis eſt, quotidianis laboribus meis, tum Xenophonticam Cyri diſciplinam, tum Diodori Ægyptiam Hiſtoriam e Græco in Latinum, vel vertiſſe illum, vel pervertiſſe*. Paucis vero interjectis habet: *Sed Papæ Nicolao Quinto roganti, atque adeo jubenti obtemperare volui. Non enim eram neſcius, tanto magis jubere Principes, quanto vehementius rogant*. In eadem epiſtola affirmat, litteras, quæ tum circumferebantur, *Mahometis* Turca-

Z rum

(*a*) Exſt. in Cod. Vat. 2926. pag. 90.

rum tyranni ad *Nicolaum* Pontificem, a Poggio confiċtas eſſe: eas a *Johanne Auriſpa* Siculo vulgatas primum fuiſſe, atque *Neto* Siciliæ urbe Romam delatas commentum eſſe. Frequenter illius tempeſtatis docti viri ſimultates inter ſe exercebant, de quibus aliquid inferius attingemus.

III.
Blondi opus de Italia illuſtrata Nicolao Pontifici gratum.

Poggio Florentino *Flavius Blondus*, alter ex Apoſtolicis, ut ajunt, Secretariis, copulandus eſt, qui Hiſtoriæ ſcribendæ, Romanæ urbi, & Geographiæ Italiæ illuſtrandæ animum intendit. Italiæ ab eo illuſtratæ lectione *Nicolaum* Pontificem admodum delectatum fuiſſe, ipſe Blondus in litteris (*a*) ad Franciſcum Barbarum teſtatur, cui Barbarus reſpondet, lætari ſe maxime, quod Italia illa Summo Pontifici placuerit: *quæ ſic ornata & illuſtrata eſt copia, & facultate tua, ut quaſi Minerva Phidiæ in arce poni poſſit*. Plura antea *Blondus* ſcripſerat, & ab *Eugenio* IV. Apoſtolicis litteris ſcribendis adlectus fuerat, cui muneri eum iterum *Nicolaus* Pontifex præfecit.

IV.
Docti viri Apoſtolicis litteris ſcribendis a Nicolao Pontifice præpoſiti.

In horum præterea numerum retulit (*b*) *Georgium Trapezuntium*, *Johannem Tortellium* patria *Aretinum*, *Jannottum Manettum*, & *Nicolaum Perottum*, quibus honoris cauſſa addidit *Franciſcum Philelphum*. Hi Græcis, & Latinis litteris præſtabant, quare in Græcis Scriptoribus Latio donandis operam Pontificis juſſu inſumpſerunt.

V.
Quæ in Latinum Georgius Trapezuntius Pontificis juſſu verterit. De his verſionibus variæ cenſuræ.

Pleraque Græcorum *Georgio Trapezuntio* vertenda mandavit. Latine igitur reddidit Euſebii Cæſarienſis libros XIV. de *Præparatione Evangelica*, quos eidem Pontifici nuncupatoria epiſtola inſcripſit, quæ priſcis editionibus

(*a*) Apud Card. Quirin. in Diatriba de Franciſco Barbaro pag. LXXV.

(*b*) Æneas Sylv. de Europa capit. LVIII.

nibus præfigitur. Ibi vero, quid inter cætera præſtiterit, his verbis narrat: *Hæc res*, inquit, *quoniam nonnulla in hoc libro ſparſa invenimus, ab Ariana pravitate non aliena, firmo nobis fuit argumento, ante cœtum illum* (ideſt ante Concilium Nicænum) *ſacratiſſimum, hæc illi conſcripta, & edita fuiſſe: quare ſentibus tuo juſſu amputatis, roſas ſolummodo Latinis hominibus hac traductione obtulimus*. Idcirco Leo Allatius (*a*) hujuſmodi interpretationem, utpote mancam, & confuſam ſugillat; & magni in Theologicis dogmatibus vir nominis Dionyſius Petavius (*b*) de Trapezuntio ita conqueritur: *Trapezuntius*, inquit, *Latina ſua verſione, non tam Euſebio lucem attulit, quam eo fœde laniando, addendo, ac depravando, juſtam de ſe querelam poſteris reliquit*. Hanc vero verſionem neque ipſi Pontifici poſtmodum placuiſſe colligitur; nam ex *Andreæ Contrarii* Veneti epiſtolis, quarum ſummam ex codice cœnobii montis Oliveti in urbe Senarum Cardinalis Quirinus (*c*) exhibet, clare patet, demandatum ſibi a *Nicolao* Pontifice onus emendandi Latinam Euſebii verſionem per *Trapezuntium* elaboratam. Ejuſdem porro Pontificis juſſu *Platonem de Legibus*, & *Claudii Ptolemæi Almageſton* in Latinum vertit. Id ipſe *Trapezuntius* tradit in epiſtola ad Franciſcum Barbarum (*d*), quam mecum Emus Quirinus, dum opus Epiſtolarum ipſius Barbari ſub prælo Brixianis typis adhuc fervet, humaniter communicavit. *Poſt traductas mihi*, inquit Trapezuntius, *Platonis leges, laborem multo majorem, quam ferre poſſem, Summus mihi Pontifex impoſuit. Juſſit enim, ut μεγίστην Ptolemæi* Πραγματείαν, *quem coli-*

cem

(*a*) De Georgiis §. 1.
(*b*) Lib. XIV. cap. XI. de Incarn.
(*c*) In Diatrib. ad Franciſci Barbari epiſt. pag. DXV. DXVI.
(*d*) Franciſci Barbari epiſt. CXCVIII. Vid. Cardinalis Quirin. Diatribam pag. LXXXIV. §. XI.

cem vulgo Latini Almageſtum dicunt, de Græco verterem. Quam rem ab ipſa pene creatione ſua petierat, ſed ego magnitudine laboris, & difficultate operis, rerumque magnarum pondere perterritus, tergiverſabar. Tandem recepi, promiſique invitus, & quaſi coactus, quod opus gratia Dei abſolutum jam mihi ferme eſt; tertium enim & decimum librum, qui & ultimus eſt, hodie incœpi. Nec Ptolemæum modo novem menſium ſpatio traduxi, ſed quum nihil recte ſcriptum in expoſitione tantarum rerum invenerim, hanc quoque operam ſimul, laboremque ſubii, commentarioſque confeci, quibus ut ſpero, cæleſtium ſcientia penitus obſtruſa in lucem facili veniet. Data eſt hæc epiſtola *Romæ*, *Nonis Decembris*, at ſine anni nota, ſed forte eſt Chriſti annus 1451. Haud æquum judicium tamen de Almageſti verſione tulit Nicolaus Perottus (*a*). Miror etiam, cur *Andreas* Trapezuntii filius in nuncupatoria epiſtola (*b*) ad *Sixtum* IV. Romanum Pontificem, de verſione Almageſti, ſilentio prætereat, eam *Nicolai* V. juſſu fuiſſe elaboratam. Platonis librum de legibus primum *Nicolao* Pontifici dedicavit *Trapezuntius*, ut Beſſarionis Cardinalis libri (*c*) in eundem Trapezuntium nos docent, ubi in ea quoque verſione multa peccaſſe animadvertit Beſſarion. At mox Reipublicæ Venetæ eundem librum c. A.D. 1451. nuncupavit, qua de re Cardinalis Quirinus in Diatriba ad Franciſci Barbari epiſtolas (*d*). Vertit præterea, eodem Pontifice hortante, pleraſque *Jo. Chryſoſtomi Homilias*, nimirum *Homilias* LXXXI. in Matthæum; præclarum ſiquidem Chryſoſtomi Codicem ex Græcia in Italiam una cum aliis Codicibus invexerat (*e*), quem Latinæ redditum *Nicolao* Pontifici obtulerat. His ad-

(*a*) Apud Allatium de Georgiis §. I.

(*b*) Cod. Vat. 2054.

(*c*) Lib. IV. in Calumn. Platonis. Vid. Allatium, ut ſupra.

(*d*) Pag. LXXIX.

(*e*) Vid. Card. Quirin. in Diatrib. ad epiſt. Franciſ. Barbari pag. LXXXIII. §. X.

Digitized by Google

adde Orationes duas *Gregorii Nazianzeni* de laudibus *S. Athanaſii Alexandrini* Epiſcopi, & *S. Baſilii*, quarum etiam verſionem, præmiſſa nuncupatoria epiſtola (*a*), *Nicolao* Pontifici dedicavit. Ob Latinam quorundam Græcorum Codicum interpretationem magni fit *Trapezuntius* a Franciſco Barbaro (*b*): *Tu*, inquit, Barbarus, *ut de reliquis nunc taceam*, *Gregorium Nyſſenum*, *tu Chryſoſtomum*, *tu Cyrillum*, *tu Platonem*, *Ariſtotelemque*, *tu Ptolemæum*, *unicum cæli ſyderumque ſpectatorem*, *ex Græcia cum tanta copia*, *elegantiaque in Italiam deduxiſti*, *ut in illis ornandis*, *magna quoque ornamenta ſuſcepiſſe videaris*. Tanti porro apud Pontificem fuit ea Chryſoſtomi translatio, ut ſi vera idem *Trapezuntius* (*c*) tradit: *nemini unquam*, *nec Chryſoſtomum*, *nec aliud a me Sanctitati ſuæ dedicatum*, *tradere tranſcribendum voluerit*. Varios denique Ariſtotelis libros vertit, puta de *Anima*, *Phyſicorum*, *de Generatione & corruptione*, *de Animalibus*, *Problematum*, quorum aliquos *Nicolao* Pontifici inſcripſit. Huc forte ſpectat Manettus (*d*), ubi de translationibus Latinis Græcorum Scriptorum, *Nicolao* Pontifice curante, meminit, qui inter cætera hæc habet: *Plura inſuper*, inquit, *egregia Platonis*, *Ariſtotelis*; *Theophraſti celebratorum Philoſophorum opera*, *in Latinum Pontifex verti fecit*. *Platonis celeberrimum illud Politicæ ſuæ*, *vel de Republica volumen*, *& alterum de Legibus præclariſſimum*: *multa Ariſtotelis*, *ut Poſteriora*, *Analytica*, *Phyſica*, *Problemata*, *magna Moralia*, *Metaphyſica*, *ac plures Rhetoricorum*, *&* XIX. *illos celebratos de Animalibus libros tunc primum* (Græcarum litterarum expertes) *conſpexerunt*. Idem mox: *Quid de*

(*a*) Exſt. in Cod. Vat. 4249.
(*b*) Apud Card. Quirin. ut ſupra §. IX.
(*c*) Ibid. §. X.
(*d*) In Vita lib. II. pag. 926. & ſeq.

de Theologis, ſacriſque Codicibus dicemus? Nonne præclarum illud de Præparatione Evangelica Euſebii Cæſarienſis XIV. *libris diſtinctum volumen, ac plurima (ne omnium particularem mentionem faciamus) Dionyſii Areopagitæ, magni Baſilii, Gregorii Nazianzeni, Jo. Chryſoſtomi, Cyrilli, hac ipſa temporis felicitate e Græca in Latinam linguam probe, fideliter, atque eleganter converſa fuiſſe, non ignoramus?* Vides in hac translationum recenſione magnam ſibi partem *Trapezuntium* vindicare. At, ſi verum amamus, vir fuit *Trapezuntius* in iras, & ſimultates pronus, natura querulus, inconſtans, & procax; quare ſponte ſe a Pontificia aula abdicavit, & Neapolim ad *Alphonſum* regem anno Chriſti 1453. convolavit. *Romam* demum rediit, ubi deceſſit. Non igitur de *Nicolai* Pontificis illiberalitate, ſed de ſe ipſo jure conqueri potuit. Multi autem de variis ejus fortunæ caſibus ſcripſerunt, ac præſertim Leo *Allatius* in Diatriba de Georgiis (*a*), ubi & de ejus Latinis verſionibus ſermonem inſtituit, & quid in his laude, quidve reprehenſione dignum ſit, docet.

VI.
De Johanne Tortellio, ejuſque ſcriptis Nicolao Pontifici nuncupatis. Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus dicitur.

Johannes cognomento *Tortellius*, patria *Aretinus*, ob præclaram doctrinam inter Apoſtolicos Cubicularios, Subdiaconos, ac Secretarios a *Nicolao* Pontifice adſcitus eſt: quem etiam, ut Æneas Sylvius (*b*) narrat, intimarum curarum, conſiliorum participem, & ſacrorum ſtudiorum adminiculatorem ſibi delegit. Grammaticas Inſtitutiones is ſcripſit, quibus hic eſt titulus: *Commentariorum de Orthographia dictionum e Græcis tractorum opus*, ac *Nicolao* Pontifici (*c*) dedicavit, prodiitque primum *Venetiis* ann. 1471. De eo ſumma cum laude *Laurentius Valla* Præfatione in libros Elegantiarum.

(*a*) §. I. & ſeq.
(*b*) De Europa cap. LVIII.
(*c*) Cod. Vat. 3319.

rum. Fuit autem *Tortellius* Pontifici intime carus, atque Bibliothecæ, quæ poſtmodum Vaticana dicta eſt, Præfecturam primus ab eodem *Nicolao* Pontifice accepit. Rem teſtatur Philelphus in epiſtola (*a*) ad Leodriſium Cribellum, conqueſtus ſimul, eam Bibliothecam vitio ſuperiorum temporum magna ex parte exhauſtam fuiſſe.

VII. De verſione Polybii per Nicolaum Perottum Nicolai Pontificis hortatu, a quo laudatur.

Poſt *Tortellium* locus *Nicolao Perotto* dandus nobis videtur, qui, Pontifice flagitante, *Polybium* Latine vertit. Libri primi translationem ann. 1452. perfecit, eamque ad Pontificem miſit, qui litteris ei die XXVIII. *Auguſti* ejuſdem anni datis, gratias agit, eumque laudat, & hortatur ad opus abſolvendum, eundemque librum a vertice ad calcem ſe legiſſe monet. Tertius liber per eundem *Perottum* translatus, anno Chriſti 1453. ad Pontificem pervenit. Ea de re *Perottus* epiſtolam, *Bononiæ die* XIII. *Novembris* (*b*) an. 1453. datam *Jo. Tortellio Aretino* Subdiacono Apoſtolico ſcripſit, qua ſignificat, ſe *Polybium* jam a menſe *Septembris* abſolviſſe. Pontifex vero hujuſmodi verſione ad ſe perlata, Apoſtolicis litteris diei *tertiæ Januarii* anni 1454. *Perotto* reſcripſit, gratum id ſibi fuiſſe, ac quid ſentiret, ex *Johanne Aretino* plenius intellecturum. Exſtant hæ litteræ in calce Codicis Vaticani (*c*), in quo Latina Polybii verſio per Nicolaum *Perottum* continetur, quas quidem epiſtolas poſt hanc Diſquiſitionem edendas duximus. Vertit etiam *Perottus* in Latinam linguam *Epicteti Enchiridium*, quam verſionem *Nicolao* Pontifici nuncupavit. Habetur hæc interpretatio in Codice Vaticano (*d*), & poſt nuncupatoriam hæc verba leguntur: *Nicolai Perotti Poetæ Laureati in Epicteti Philoſophi Enchiridium, a ſe e Græco in Latinum translatum Præfatio finit.* Nihil

Vide in fine Append. Document. n. II. III.

(*a*) Lib. XXVI.
(*b*) Cod. Vat. 3908. pag. 170.
(*c*) Cod. Vat. 1808.
(*d*) Cod. Vat. 3027.

Digitized by Google

Nihil vero de hujuſmodi *Perotti* verſione apud Fabricium in Bibliotheca (*a*) Græca, ubi primus *Epicteti* Latinus interpres *Angelus Politianus* memoratur. *Simplicium* etiam Philoſophum in Phyſica Ariſtotelis idem *Perottus*, litteris *Jo. Tortellio* Aretino *Pridie Kal. Decembris* an. 1450. datis (*b*), ſe abſolviſſe ſcribit, & rogat, ſi *Nicolao* Pontifici videbitur, ut *Tatianum* mittat, quem Latinum facere meditabatur. Hactenus incompertum erat, *Simplicium* a *Perotto* in Latinam linguam fuiſſe translatum. Fabricius (*c*), Græce primum editum *Simplicium* poſt Aldi obitum a Franciſco Aſulano *Venetiis* an. 1526., deinde Latine verſum a *Lucillo Philalethæo* ann. 1543. monet; *Tatianum* quoque Græce primum (*d*) a Conrado Geſnero an. 1536. vulgatum, deinde Latine an. 1555., eodem Geſnero interprete prodiiſse.

VIII.

Thucydides, & Herodotus a Laurentio Valla Latine verſi. Pontificis in eum munificentia.

Append. num. IV.

Perotto ſuccedat *Laurentius Valla*, origine Placentinus, civitate autem Romanus, ut præfert adnotatiuncula *Jo. Andreæ Vigerini* Abbatis in Codice Vaticano (*e*), quam in Appendice exhibemus. *Valla*, ut ibi eſt, quum aliquandiu Neapoli apud Alphonſum regem fuiſſet, Romam ad *Nicolaum* V. venit, a quo ob Elegantiarum opus liberaliter eſt exceptus, & inter Apoſtolicos Scriptores adnumeratus. Et vero in iiſdem Elegantiarum libris, Johanni Aretino inſcriptis, mirum in modum Pontifex laudatur. Piaculi genus videretur, ſi ejus verba præterirem: *Ego*, inquit, *Nicolaum* V. *cum propter alia ſummum hominem judico, tum vero propter id quod non tantum cultor eſt ſapientiæ, ſed plurimos cultores efficit, haud injuria comparandus choro Muſarum, ſi quæ unquam Muſæ extiterunt, quæ & ſapere*

(*a*) Tom. III. pag. 262.
(*b*) Exſt. in Codic. Vatic. 3908. pag. 152.
(*c*) Bibl. Græc. tom. VIII. pag. 621.
(*d*) Ibid. tom. V. pag. 82.
(*e*) Cod. Vat. 1797. pag. 299.

pere ipſæ omnia, & nobis ad capeſſendam omnem ſapientiam auctores eſſe creduntur. Hujus igitur Pontificis hortatu Thucydidem Latinum fecit. In Vaticanis pluteis aſſervatur codex membranaceus (*a*), cujus initio hæc habetur epigraphe: *Laurentii Vallenſis e Græco in Latinum translatio Thucydidis ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum Nicolaum Papam Quintum*. In fine vero hæc leguntur: *Octavus & idem ultimus Thucydidis liber finit. Milleſimo* CCCCLII. *Domini Nicolai Papæ Quinti anno ſexto*. Aureis nummis quingentis ſua ipſius Pontificis manu ob hujuſmodi translationem donatus eſt. Id teſtatur ipſemet Valla (*b*) his verbis: *Certe ſummus Pontifex, cui archetypon defenſionis meæ oſtendi, idem ipſum quod Venetiis perlatum eſt, ſimul ac perlegit, quingentis me Papalibus aureis ſua manu donavit, ob abſolutum quidem a me Thucydidem: quaſi inter me, & te* (Poggium ſcilicet) *ſententiam ferret*. Aggreſsus eſt etiam *Herodoti* Latinam verſionem, quam licet *Nicolao* Pont. ſuperſtite, non abſolverit, ut habet memoratus Vigerinus Abbas, ita tamen gratum animum erga eundem Pontificem prætulit, ut ejus nomini eam inſcribere voluerit. Supereſt adhuc in Vaticana Bibliotheca hujus translationis exemplar, in duo membranacea volumina diſpertitum, quorum alterum (*c*) hoc lemma initio habet: *Herodoti liber primus, qui inſcribitur Thalia Divo Æneæ Pio* II. *Pont. Max. Optimoque per Laurentium Vallam Romanum Oratorem perfectum e Græco in Latinum verſus*. Ad calcem vero calligraphus hæc adnotavit: *Finit Herodotus Divo Æneæ Pio Secundo Senenſi Pont. Max. Optimoque e Græco in Latinum per Laurentium Valla Rhetorem translatus: quem nemo Pontificum, neque rebus geſtis, tam bello, quam pace, neque gloria, juſtitia,*

(*a*) Cod. Vat. 1799.
(*b*) Lib. IV. Antidot. in Poggium pag. 335.
(*c*) Cod. Vat. 1796.

ſtitia, prudentia, eloquentia, & conſilio ſupergreſſus eſt, ut ſuæ & aliorum ſcripturæ teſtantur plurimæ. Deo laus. Lege feliciter. Alterum (*a*) volumen exorditur ita: *Laurentii Vallenſis converſio e Græco Herodoti Halicarnaſſei. Clio incipit.* In fine legitur adnotatiuncula Jo. Andreæ Abbatis Vigerini, de qua ſupra meminimus; ubi monetur, *Valla* Calliſti III. Pontificatu vita functo, Herodoti opus ſine Præfatione ex ejus archetypis deſcriptum prodiiſſe; voluiſſe tamen *Vallam*, ut *Nicolao* Pontifici inſcriberetur. Libros præterea Antidotorum in Poggium *Nicolao* Pontifici *Valla* nuncupavit, quanquam mallem, aliò calamum vertiſſet. Dolendum ſane, quod illius ætatis didaſcali, incompoſitis, & inemendatis moribus, nimio æſtu, nimioque impetu, ſtudiorum ne dixerim æmulatione, an genio malo, famoſis identidem Libellis, injuriis, jurgiis, & conviciis refertis, ſeſe invicem laceſſerent, ac proſcinderent. Hinc legas diſſidia, ſimultateſque exortas inter *Vallam* & *Poggium*, *Guarinum*, *Philelphum*, *Georgium Trapezuntium*, *Bartholomæum Facium*, & alios. Læſæ quoque catholicæ fidei *Valla* eſt accuſatus. At litterariis hujuſmodi concertationibus ſedandis plurimum auctoritate & ſapientia profuit *Franciſcus Barbarus* Senatorii ordinis vir, idemque doctrina clariſſimus, cui permoleſta, & liberali homine indigna hæc jurgia videbantur, ut jam late Cardinalis Quirinus (*b*) prænotavit.

IX. Strabonis Geographia per Guarinum Veronenſem, & Gregorium Tifernatem Latine verſa.

Guarino Veronenſi celebri illius temporis Grammatico, & *Gregorio Tifernati*, Strabonis Geographiam Latine vertendi munus Pontifex impoſuit. *Guarinus* quidem eam librorum partem, quæ ad Europam pertinet, *Gregorius* vero Aſiam, & Africam vertiſſe traditur. *Johan-*

(*a*) Cod. Vat. 1797.

(*b*) In Diatriba ad Franciſci Barbari Epiſt. P. I. cap. II. §. III. & IV. pag. XLV. & ſeq. & §. V. pag. LIII. & ſeq.

hannes Andreas Epiſcopus *Alerienſis*, dum *Pauli* II. auſpiciis Strabonis editionem pararet, in nuncupatoria ad eundem *Paulum* Pontificem epiſtola (*a*) narrat, *Guarino*, & *Gregorio* provinciam Strabonis transferendi a *Nicolao* v., quem paullo ante, Pontificum Maximorum ſplendorem appellat, fuiſſe demandatam; hujus translationis exemplaria ſe in manibus ſumpſiſſe: ex *Gregorii* archetypis *Aſiam*, & *Africam* deſcribi feciſſe: *Guarini* vero *Europa* perlecta, multa quæ in ea deerant fragmenta, amicorum ope addi curaſſe; qua in re uſum ſe *Theodori Gazæ*, *Andronici*, & *Lampi Biragi* opera. Quantumvis licet decem tantummodo Strabonis libri a *Guarino* Latine juſſu *Nicolai* v. verſi fuerint, omnes demum libri XVII. ejuſdem Strabonis ab eo Latini facti ſunt, ut ex fide duorum codicum oſtendit V.C. *Scipio Maphejus* (*b*), quorum alter ipſius *Guarini* manu exaratus, habet libri XVII. verſionem anno Chriſti 1458. *tertio Idus Julias*, *Ferrariæ* abſolutam fuiſſe; ac *Jacobus Antonius Marcellus* in nuncupatoria eidem præfixa epiſtola *Renato* Siciliæ regi, teſtatur, ſe potiſſimum hortante, *Guarinum* poſt *Nicolai* Pontificis obitum, extremam manum reliquis libris impoſuiſſe. Inter Vaticanos codices aſſervatur Strabonis codex (*c*) cum nuncupatoria epiſtola *Renato regi*, licet ejus nomen hujus epiſtolæ initio prætereatur. Incipit a verbis: *Morem illum*. Deinde ſequitur alia dedicatio, quæ *Guarini* eſt, cujus exordium: *Duarum plerumque*. Sequitur tertia, cujus initium: *Veteres illi*, & inſcribitur *Jacobo Antonio Marcello*, de cujus bellicis laudibus multa a *Guarino* commemorantur. In nuncupatoria *Renato regi*, ut jam monuit *Maphejus*, præter ampliſſimas *Nicolai* Pontificis laudes

 ob

(*a*) Apud Card. Quirinum in Vindiciis Pauli II. pag. 254.

(*b*) Veron. illuſtrat. Lib. III. P. II. pag. 75. 76.

(*c*) Cod. Vat. 2049.

ob rem litterariam, ac Bibliothecam Vaticanam auctam, Strabonis opus, quod penes *Iſidorum* Cardinalem *Ruthenum* jacebat, vertendi onus ab eodem Pontifice *Guarino* impoſitum *Marcellus* narrat; quum vero vix aliquibus a *Guarino* translatis, memoratus Pontifex obiiſſet, idem *Marcellus* ait, ſe hominem rogaſſe, ut opus perficeret, quod tandem fecit, ac eidem *Marcello* inſcripſit. Quæ ſecundo loco dedicatoria ponitur, *Guarini* eſt ad *Nicolaum* v.; quæ tertio, ejuſdem ad *Jacobum Antonium Marcellum*. Poſt librum x. tamen, ad initium libri xi. pag. 208. appoſitus eſt hic titulus: *Geographiæ Strabonis a Gregorio Tiphernio translatæ liber undecimus incipit*. Ad hujus codicis calcem hæc adnotata invenimus: *Geographiæ Strabonis ex archetypis ipſius translatoris ſummis laboribus, ac diligentia emendatæ finis. Deo laus. Johannes Andreas Epiſcopus Accienſis recognovit, ac attentiſſime emendavit* 1462. *die ſecunda Maii in domo Reverendiſſimi Domini mei Domini Nicolai de Cuſza S. Petri ad vincula presbyteri Cardinalis diebus* cxviii. *Johannes Andreas* Epiſcopus *Accienſis*, qui opus emendavit, ni fallor, alius non eſt a *Johanne Andrea* Epiſcopo *Alerienſi*, quanquam de eo nihil apud Ughellum in Epiſcopis Accienſibus. Titulus libro xi. præfixus aliquid turbat; at litem dirimit *Guarini* autographum a *Maphejo* memoratum, & quæ *Marcellus* in nuncupatoria ad *Renatum* regem enarrat. Quandonam hujus verſionis provinciam *Guarinus* acceperit, diſcimus ex ipſius *Guarini* ad *Jo:Tortellium* epiſtolis, quarum archetypa in Vaticanis pluteis habentur. In epiſtola, quæ *Ferrariæ die* xii. *Septembris* (a) an. 1453. data eſt, aliquot quaterniones Strabonis Latine redditos *Tortellio* mittit, & quartum ferme librum ſe abſolviſſe ſignificat. Alia eidem, *Ferrariæ die* xviii. *Februarii* (b) an. 1454. ſcripta,

(a) Cod. Vat. 3908. pag. 162. (b) Ibid. pag. 167.

Digitized by Google

ſcripta, totam *Galliam* ſe abſolviſſe, jamque *Italiam* ingreſſum, & aggreſſum fuiſſe monet. Vivo itaque *Nicolao* v. decem ſolummodo Strabonis libros *Guarinus* vertit, cujus verſionis exemplar cum *Guarini* ejuſdem nuncupatoria *Nicolao* v. quæ incipit: *Duarum plerumque*, Bibliotheca Vaticana (*a*) ſervat. Aliud item exemplar, a libro undecimo ad inſequentes, *Gregorio Tifernate* interprete, ut in titulo præfertur, iidem Vaticani plutei (*b*) exhibent. Ad calcem calligraphi nomen adnotatur: *Finis Geographiæ Strabonis. Antonius de Sartiano ſcripſit die* XXVIII. *Januarii. Anno Domini* MCCCCLXI. Quum igitur in Bibliothecam Vaticanam omnium Strabonis librorum per *Guarinum* translatio invecta non fuiſſet, & ipſius *Guarini* autographum publici juris factum non eſſet, *Johannes Andreas* tum *Accienſis* Epiſcopus, ad fidem translationis, tam *Guarini*, quam *Gregorii Tifernatis*, opus amicorum ope recognovit & emendavit; ac poſtea *Pauli* II. auſpiciis c. A.D. 1470. *Romæ* edidit. Id item quum incompertum *Conrado Heresbachio* (*c*) eſſet, non ab uno *Guarino* omnes Strabonis libros converſos eſſe, in Præfatione ad Strabonem abs ſe *Friburgii* an. 1523. editum, contendit; ſed poſteriores libros *Theodori Gazæ* interpretationem redolere; nec deeſſe, qui aſſerant, poſteriorum librorum *Gregorium Tifernatem* interpretem eſſe. Hinc Matthias Palmerius in Chronico ad an. 1454. hæc adnotavit: *Gregorius Tifernas utriuſque linguæ facundus interpres habitus, egregium Strabonis volumen a ſe Latinum factum Pontifici offert.*

X. Dionis libri de Regno a Gregorio Tifernate Latine verſi.

Idem vero *Gregorius Tifernas* libros quatuor Dionis Pruſæenſis de Regno Latinos fecit, atque *Nicolao* v. nun-

(*a*) Cod. Vat. 2050.
(*b*) Cod. Vat. 2051.
(*c*) Vid. Fabric. Biblioth. Græcæ tom. III. pag. 5.

nuncupavit, ut ex proœmio Vaticano codici (*a*) præmiſſo patet, ubi hæc leguntur: *Inter omnes rerum Scriptores*, NICOLAE V. PONT. MAX. *qui juſſu tuo in Romanum ſermonem vertuntur, nullum ego Principi nec aptiorem, nec magis neceſſarium puto, quam Dionem hunc Pruſæenſem, quem ego nuper interpretatus ſum; ſcribit enim de Regno, ideſt de rebus iis, quæ ad Principem inſtituendum pertinent*. Ad calcem codicis hæc habentur: *Dionis de Regno ad Divum Nicolaum* V. *Pont. Max. a Gregorio Tifernio libri* IIII. *translati finiunt*. De hac Gregorii verſione nihil Fabricius (*b*), ubi de Dionis Pruſæenſis translationibus ſermonem habet.

XI. De Appiani Latina interpretatione per Petrum Candidum Decembrium.

Inter Græcorum Hiſtoricorum interpretes, qui *Nicolai* Pontificis ſuaſu, ac præmiis ad hujuſmodi translationes conficiendas excitati ſunt, *Petrus Candidus Decembrius* adnumeratur. Mediolano adverſa fortuna uſus ob inteſtinas Mediolanenſium diſcordias abiit, ac Romam ſe *Candidus* recepit. Hujuſmodi conſilium datis ad eum litteris collaudavit Franciſcus Barbarus (*c*), eique gratulatur, quod ad *Nicolaum Summum Pontificem* ſe contulerit: *quin quum ipſe virtute & fortuna excellat, & bonis, & doctis viris quodammodo non minus favere poſſit, quam velit, ut ſpero, pro ſua laude & gloria; ita propitius erit afflictis rebus tuis, ut omnes intelligant, licet res humanæ mille caſibus ſubjectæ ſint, vivo tamen* NICOLAO, *Romæ honores ſapientibus viris deeſſe non poſſe*. Romæ igitur *Candidus* conquieſcens, & a Pontifice benigne habitus, *Appiani Alexandrini* Latinam interpretationem aggreſſus eſt, qua de re per litteras (*d*) Barbarum certiorem fecit. In pluteis Vaticanæ Bibliothecæ

(*a*) Cod. Vat. 3086.
(*b*) Biblioth. Græc. tom. III. pag. 305. & ſeq.
(*c*) Card. Quirin. in Diatrib. ad epiſt. Franciſci Barbari pag. CI.
(*d*) Ibid. pag. CII.

cæ (*c*) hujus tranſlationis apographum in codice membranaceo aſſervatur, cujus initio legitur: *P. Candidi in libros Appiani Alexandrini ad Nicolaum* v. *Summum Pontificem Præfatio incipit*. In fine codicis: *Explicit Celtidæ Hiſtoriæ liber. Laus immortali Deo & tibi Nicolae Quinte Pont. Max. cujus nomine univerſum Appiani opus inſcriptum, perfectumque legitur*. Ex his liquido intelligitur, integrum Appiani opus, *Nicolai* v. auſpiciis, Latinum per eundem *Candidum* factum fuiſſe. At idem *Candidus* poſt *Nicolai* fata, quum Neapolim ad *Alphonſum* regem ſe recepiſſet, eidem Appiani libros de bellis civilibus in Latinum translatos dedicavit (*a*), & in nuncupatoria epiſtola, ita regem alloquitur: *Nam quum priores*, inquit, *Appiani libros, Lybicum, Syrium, Parthicum, & Mithridaticum* NICOLAO QUINTO *Summo Pontifici, dum in humanis ageret, e Græco tranſtuliſſem, reliquos civilium bellorum commentarios, quæ Senatus* P. Q. R. *invicem geſſit, nondum editos, aut perfectos a me, ad quem potius mitterem, quam ad te inviciſſime Princeps, Hiſpaniæ pariter & Italiæ noſtræ decus, & qui non minus optimarum artium ſtudiis & litteris, quam armis inclytus es & memorandus*? Ita legitur in Præfatione, ſeu nuncupatoria epiſtola præfixa editioni Appiani, *Scandiani* an. 1495. excuſæ. Forte, *Nicolao* Pontifice in vivis agente, totum opus non perpolivit *Candidus*, aut id prætexuit, ut benevolentiam *Alphonſi* regis ſibi conciliaret. Nos vero ipſius *Candidi* ad *Nicolaum* Pontificem Præfationem e Vaticano, quem memoravimus codice deſcriptam, in qua multa de Pontificis laudibus continentur, in Appendicem monumentorum conjecimus. Append. Docum. num. v.

Uſus

(*a*) Cod. Vat. 1871.

(*b*) Vid. Fbric. Biblioth. Græc. tom. III. pag. 394.

XII.
De Theodoro Gaza, ejuſque laboribus in Græcis Latine vertendis.

Uſus eſt etiam Pontifex *Theodori Gazæ*, patria *Theſſalonicenſis*, opera, tum in Græcum vertenda Epiſtola, quam *Conſtantino* Imperatori (*a*) ſcripſit, tum in transferendis ejuſdem Pontificis hortatu nonnullis *Ariſtotelis*, & *Theophraſti* operibus, nimirum *Ariſtotelis* de Animalibus,& Problematum (*b*) libris,ac *Theophraſti* Hiſtoria Plantarum. Id memoriæ poſterorum tradendum eſſe cenſuit Matthias Palmerius, qui in Chronico ad an. 1453. hæc retulit: *Theodorus Theſſalonicenſis* (qui eſt Theodorus Gaza) *vir Græca lingua apprime eruditus*, *Pontificis juſſu*, *cum alia Græcorum volumina*, *tum Theophraſti de Arboribus*, *Plantiſque opus inſigne in Latinum convertit*. Recognovit autem Trapezuntii verſionem, quam de *Ariſtotelis* libris fecerat.

XIII.
De verſione opuſculorũ Philonis per Lilium Ægidium Libellium.

Mandavit præterea *Lilio Ægidio Libellio* Tifernati, ut Philonis Ebræi Opuſcula Latine redderet. Hujus translationis exemplar exſtat in Vaticana Bibliotheca (*c*), in cujus prologo ad *Sixtum* IV. idem *Libellius* hæc præfatur: *Opuſcula namque Philonis Judæi Alexandrini a veteribus Eccleſiæ commendata Doctoribus*, *e Græca in noſtram linguam traducenda ſuſcepimus*, *videlicet*, *ut quod olim voluntate duorum Summorum Pontificum* NICOLAI, *ac Calixti felicis recordationis*, *tuæque Sanctitatis prædeceſſorum conſumare nequivimus*, *hoc tua efficiente proſequeremur*. Inchoavit igitur Opuſculorum Philonis translationem, *Nicolao* Pontifice impellente, ſed eo vivo, perficere non potuit *Libellius*, quare uſque ad *Sixti* IV. tempora ea dormitavit. Quæ de Hiſtoricis Græcis,ac Strabonis Coſmographia Latine converſis *Nicolai*

(*a*) Vid. ſupra ad an. 1451. §. XI.
(*b*) Fabric. Bibl. Græc. to. II. pag. 134. 746. & 312. tom. IX. pag. 192. & 193.
(*c*) Cod. Vat. 180. Vid. Fabric. Biblioth. Græc. tom. III. pag. 117.

lai Pontificis juſſu, & hortatu, hactenus enarravimus, paucis complexus eſt Manettus in Vita (*a*) his verbis: *Nec Strabonis de Coſmographia*, inquit, *opus ſilentio obruatur. Ad Hiſtoricos accedamus, Herodotum, quem Græci veteres patrem Hiſtoriæ appellare ſolebant, Thucydidem, Xenophontem, Polybium, Diodorum, Appianum, Philonem Judæum, fortunatis hujus ſummi Pontificis temporibus, Latini, ac Græcarum litterarum expertes primum legere cœperunt.*

XIV. Homeri Ilias, Æſopi fabulæ, & Hieroclis Commentariū in carmina Pythagoræ, Nicolai Pontificis juſſu Latine vertuntur. Iliadis, & Odyſſeæ verſio Pontificis obitu intercepta. Quid ob hujuſmodi verſionem Philelpho promiſerit.

Poetis quoque Græcis, & mythographis Latine vertendis, quo a Latinis legi poſſent, operam dandam eſſe cenſuit. A Principe poetarum *Homero* initium ſumendum ratus, duobus præſtantibus viris Iliadis Poema Latinis verſibus transferendi provinciam dedit. Audiamus Manettum (*b*): *Iliados quoque celebratum Homeri Poema, Latinis difficile ſane & arduum opus, verſibus a duobus præſtantibus viris eodem tempore traducebatur, quod Johannis Boccaccii Florentini Poetæ temporibus a Leontio quodam Theſſalonicenſi, illius in Græcis litteris præceptore, ſoluta oratione multo facilius ad traducendum, quam carmine, factum fuiſſe novimus.* Qui fuerint hi duo Homeri interpretes, non ſatis liquet. Horum alterum nobis detexit Æneas Sylvius (*c*), qui *Horatium* Romanum Iliadis Homeri interpretem, *Nicolao* Pontifice id urgente, laudat. In Vaticana Bibliotheca aſſervatur codex (*d*), in quo verſibus exametris pleraque libri primi Iliados continentur. Interpres nomen ſuum reticet, atque verſionem hujuſmodi *Nicolao* Pontifici inſcribit, præfixis initio nonnullis Elegiacis verſibus, quos in Appendice damus. Primi duo Iliadis verſus hi ſunt.

Append. n. VI.

B b *Iram*

(*a*) Lib. II. pag. 926.
(*b*) Ibid.
(*c*) De Europa cap. LVIII.
(*d*) Cod. Vat. 2756.

Iram pande mihi Pelidæ Diva ſuperbi,
Triſtia qui miſeris injecit funera Grajs.

Poſtremus verſus eſt.

Tu quoque fave curſu vatis jam Phœbe peracto.

De Iliadis, & Odyſſeæ verſionibus, quæ Pontifici in votis erant, Franciſcus *Philelphus* eſt audiendus, qui magni jam pridem apud Pontificem fuerat, quicum etiam familiaritas & conſuetudo interceſſerat. Romam quum forte menſe Julio veniſſet (*a*) *Philelphus*, illico Neapolim profecturus, neque Pontificem adiret, quod in reditu id facere ſtatuiſſet, a *Petro Noxetano* ad *Nicolaum* adductus eſt, a quo benigne exceptus, aureis nummis quingentis, quos vulgo *Ducatos* vocant, donatus eſt, & in Secretariorum Apoſtolicorum numerum (*b*) relatus. Quum vero vehementer cuperet, ut Homeri Ilias, & Odyſſea in Latinum transferrentur, eidem *Philelpho* ſtipendia largiſſima, quæ vix credi poſſent, niſi ipſemet *Philelphus* fidem faceret, paucis ante quam obiret diebus, pollicitus eſt. *Philelphum* (*c*) audire præſtat: *Quum inter cæteros Græcos libros*, inquit, *qui quotidie in Latinum eloquium alii vertebantur, alii pervertebantur, ille* (Nicolaus) *& ingenii, & doctrinæ, & eloquentiæ acutiſſimus cenſor ac judex magno deſiderio teneretur legendi Latine duo illa carmina Homeri* ILIADA, *atque* ULYSSEAM, *quæ tanti fieri a doctis omnibus cognoviſſet, inſtituerat paucis diebus antequam immortali humani generis Redemptori animam reddidiſſet, dare mihi propediem dono in urbe Roma ædes pulcherrimas, & lautiſſimum prædium in agro Romano, quod ſatis eſſet ad opipare & pro dignitate alendam univerſam familiam meam, præterea deponere meo nomine, apud quem ipſe ex omnibus*

[*a*] Lib. XI. epiſtol. Philelphi ann. 1453. pag. 79. Nicolao Arcimboldo.

[*b*] Ibibem Lib. XXVI. epiſt. ad Leodriſium Cribellum.

(*c*) Ibid.

bus menſurium delegiſſem , aureum nummûm decem millia , quæ mihi continuo numerarentur , duobus illis Carminibus in Latinitatem traductis . Quis , amabo , tanta hæc , ac tam larga promiſsa crederet , niſi ex ipſius *Philelphi* ea litteris intelligeret ? Jam vero antequam ad Pontificatus faſtigium *Nicolaus* eveheretur , ut Æſopi Vita ac Fabulæ in Latinum verterentur , gratum ſibi fore alii putabant . Id nos eruimus ex Epiſtola *Rinutii* , ſeu *Renutii Aretini* ad *Antonium* tit. *S. Chryſogoni presbyterum Cardinalem* , quæ exſtat in codice Vaticano (*a*) , ubi *Rinutius* hæc ſcribit : *Quo tempore Sanctiſſimus* D. N. *Nicolaus Pontifex* v. *dum erat in minoribus , ad dignitatem Cardinalatus fuit promotus , Vitam Æſopi e Græco in Latinum ejus nomine , te hortatore ſuaſoreque , cœpi transferre ; ſed priuſquam illam abſolviſſem , Sanctitas ejus ad ſummi Apoſtolatus faſtigium fuit aſſumpta* . Vita & Æſopi fabulæ , *Rinutio* interprete , prodiere *Mediolani* ann. 1480. Jo. Albertus Fabricius (*b*) , qui hanc editionem laudat , *Rimitium* neſcio quem ejus interpretem appellat . Librariorum vitio *Rinutii* nomen corruptum eſt , & in *Rimicium* converſum . Fuit autem patria *Aretinus* , & in Græcis litteris Laurentii Vallæ magiſter , ut idem Valla teſtatur (*c*) , ac inter Apoſtolicos *Nicolai* Pontificis Secretarios adlectus : *Et tu* (Poggi) , inquit Valla , *me Secretariis inviſum dicere audes ? quorum duo Auriſpa , atque Rinutius me , ut ſuo in Græcis litteris diſcipulo gloriantur , ut ego invicem præceptoribus* . Idem demum *Rinutius Aretinus* Hippocratis Coi medici epiſtolas in Latinam linguam convertit , atque *Nicolao* Pontifici inſcripſit , ut ex Vaticano codice (*d*) perſpicuum eſt . *Johannes* vero *Auriſpa* Siculus , de quo , ut Pontificis Secre-

Rinutius Aretinus Fabularum Æſopi interpres.

Johannes Auriſpa

Bb 2 tario

(*a*) Cod. Vat. 3945. pag. 223.
(*b*) Bibl.Græc.to.1.pag.399.n.21.
(*c*) Lib.IV.Ant.in Poggium p. 335.
(*d*) Cod. Vat. 4490.

tario *Valla* meminit, Hieroclis Commentarium in aurea carmina Pythagoræ [*a*] e codice MS. Venetiis empto, primus Latine vertit, & *Nicolao* Pontifici dicavit.

XV.
Quibus præmiis Jannottus Manettus ſit a Pontifice invitatus. Sacrorum Bibliorum recognitio ei demandatur. Præmia promiſſa autographum Matthæi Evangelium aſſerentibus.

Hactenus de Latinis e Græco verſionibus *Nicolai* Pontificis juſſu curatis. Nunc rerum ſacrarum ſyntagmata, in quibus viri docti, eo auſpice inſudarunt, recenſebimus. A *Jannotto Manetto*, patria Florentino, Grææ, Latinæ, ac Syriacæ linguæ perito initium ſumendum eſt. *Manettus* in reditu a Legatione Neapolitana (*b*), quam pro Florentinorum Republica obierat, *Nicolaum* Pontificem adiit, a quo inſcius omnino in eorum ordinem principe loco lectus eſt, quibus arcana traduntur, & quos vulgo Apoſtolicos Secretarios appellabant, & liberaliter eidem *Manetto* ad ſe accedenti Pontificium ejus muneris diploma tradidit: qui, a Florentinis licentia impetrata, ad *Nicolaum* Pontificem venit, a quo tanti fuit, ut ſexcentos aureos (*c*) quotannis, præter eam pecuniæ ſummam, quam ex præfectura ſecretorum capiebat, ex Apoſtolico ærario ei aſſignarit. Hæc autem illi data a Pontifice provincia eſt (*d*), ut ſcilicet libros xx. contra Judæos, & Gentiles ſcriberet, utrumque Teſtamentum ex Ebraica, & Græca in Latinam linguam transferret, *quod opus*, inquit Manettus, *Pontificis morte interceptum fuit*. Tranſtulit e Syriaco *Pſalmos David*, e Græco *Evangelia*, *Pauli Epiſtolas* xI. *Epiſtolas Canonicas*, *& Apocalypſin*, ita præfert Elenchus operum Manetti apud Naldum (*e*). Tantus porro ſacrarum Scripturarum libris honos apud Pontificem fuit, tantaque Matthæi Apoſtoli archetypi Evangelii, quod ipſe Matthæus ſcripſerat, cupidi-

(*a*) Fabric. Biblioth. Græc. tom. I. pag. 471.

(*b*) Naldus in Vita Manetti, Rer. Italic. tom. xx. pag. 574.

(*c*) Ibid. & Manettus lib. II. p. 926.

(*d*) Ibid.

(*e*) Ut ſupra in Manetti Vita ad calcem.

piditate exarſit, ut ad ſe illud afferenti quinque aureorum millia promiſerit. Id adeo Scriptoribus, (*a*) & Chronographis (*b*) mirabile viſum eſt, ut in publicas tabulas retulerint.

XVI. Johannis Turrecrematæ Commentaria in Gratiani Decretum, ejuſque editio ſecundum Decretalium libros diſpoſita, *Nicolai* V. auſpiciis.

Johannes quoque *Turrecremata* Ord. Prædicatorum, & S.R.E. Cardinalis, Theologicis, atque Canonicis diſciplinis ea tempeſtate celebris, *Nicolai* Pontificis auſpiciis Gratiani Decretum Commentariis illuſtrare aggreſſus eſt; atque partem illam, quæ *de Conſecratione* dicitur, in ejuſdem Pontificis nomine prodire in primis voluit, ut patet ex Præfatione, Vaticano codici (*c*) appoſita, quam in Appendice (*d*) edimus. Aliam vero partem, quæ *de Pœnitentia* eſt, adornavit, quam eidem Pontifici inſcripſit, ac illius ſapientiſſimo judicio ſuppoſuit, ut ex ipſa Præfatione, quam in Appendice item vulgamus, perſpicitur. Demum idem Cardinalis labore ſane improbo Gratiani Decretum in titulos ac libros, juxta Decretalium *Gregorii* IX. methodum, diſtributum edidit, atque eidem *Nicolao* Pontifici dedicavit. In nuncupatoria epiſtola narrat, ſe Pontifici antea obtuliſſe Decretorum librum, ſed confuſa mole digeſtum. Quum vero cæteris in rebus plurimum utilitatis ſibi ordo vendicet, ideo Decretorum volumen, Decretalium ordinem imitatum, in quinque libros, ac titulos varios diſtinxiſſe. Hoc autem opus ad noſtros uſque dies publicam lucem non viderat, donec juſſu *Benedicti* XIII. *Pontificis Maximi*, Juſto Fontanino Archiepiſcopo Ancyrano V.C. curante, Romæ an. 1727. adnotatiunculis illuſtratum, lociſque plurimis reſtitutis prodiit, cui editioni ſymbolam quoque meam contuli.

Append. n. VII.

Append. n. VIII.

Acta

(*a*) Vid. Raynald. ad ann. 1453. num. 25.

(*b*) Genebrard. in Chronographia lib. IV. pagin. 392.

(*c*) Cod. Vat. 2570.

(*d*) Cod. Vat. 2272.

XVII. Acta Sanctorum ab Antonio Allio Pontificis hortatu collecta.

Acta & geſta Sanctorum ad certam fidem, ac temporum rationem ſcribere cœperat *Antonius Allius* presbyter Florentinus, ſed rei difficultate territus, inchoatum opus rejeciſſet prorſus, niſi ſtudiis, atque officiis *Nicolai* Pontificis illectus, iterum ad eandem molam verſandam ſe contuliſſet. Eidem ergo Pontifici opus illud inſcripſit, quod inter Vaticanos codices (*a*) adhuc locum habet. In nuncupatoria præfatur, Sanctorum geſtis deſcribendis, ſe *Hieronymum*, *Ambroſium*, *Euſebium Cæſarienſem*, & alios ſecutum. Cur tamdiu ad opus perficiendum diſtulerit, veniam quodammodo a Pontifice petit: non ſine magno labore, magnaque diligentia ad hæc perveniri poſſe, ut dicere ſibi ſolebat *Ambroſius Camaldulenſis* vir eruditiſſimus, ac olim ejuſdem Pontificis familiaris, qui ante obitum in idem argumentum incumbere cœperat. Non deſperare ſe, ait, quin adhibito ſtudio innumerabilia Sanctorum geſta reperiantur: omnibus denique viribus ſe curaturum, ut munus haud plane ingratum Bibliothecæ, quam Romæ ipſe Pontifex facere parabat, opus illud accederet. *Antonius Allius* litteris boniſque artibus (*b*) *Petrum Barbum* inſtituit, qui poſtea ad Apoſtolicæ ſedis culmen elatus, *Paulus* II. eſt appellatus, a quo *Volaterranus Epiſcopus* creatus eſt.

XVIII. Roderici Zamorenſis, & Petri de Monte Brixienſis Epiſcopi Opuſcula.

Varia quoque de rebus ſacris Opuſcula *Nicolai* Pontificis ætate, viri, qui tum doctrina præſtabant, ediderunt. Inter hos eſt *Rodericus*, primum *Calaguritanus*, deinde *Zamorenſis* Epiſcopus, qui antequam ad Epiſcopales infulas admoveretur, libellum exaravit contra Baſileenſes, & de ſedando ſchiſmate (*c*), quem *Nicolao* Pontifici inſcripſit,

(*a*) Cod. Vat. 3742.
(*b*) Canenſius in Vita Pauli II. pag. 11. & Card. Quirin. in Vindiciis pag. XIII.
(*c*) Exſt. in Cod. Vat. 4167.

inſcripſit; ut & *Petrus de Monte* Epiſcopus *Brixienſis* opus confecit (*a*) contra impugnantes SedisApoſtolicæ auctoritatem, quem itidem eidem *Nicolao* nuncupavit.

XIX. Varia doctorum virorum *Nicolao* Pontifici inſcripta Opuſcula.

Nimis longum eſſet enarrare, aut ſingula percenſere, quæ viri docti *Nicolai* Pontificis auſpiciis ediderunt, aut de ejus laudibus ſcripſerunt. Summatim nonnulla excurremus. *Bartholomæus Facius* ſyntagma de hominis excellentia (*b*) elaboravit, atque *Nicolao* Pontifici nuncupavit. *Gaſpar* præterea *Veronenſis* Commentarium (*c*) in aliquot Juvenalis Satyras, *Paulus Maphejus* item *Veronenſis*, & Canonicus regularis Epiſtolam contra duellum (*d*) ad *Nicolaum* Marchionem Eſtenſem, ac *Timotheus* ex *Maphejorum* illuſtri *Veronenſium* gente Canonicus regularis libellum in ſanctam ruſticitatem litteras impugnantem (*e*) exararunt, & quiſque eorum memorato Pontifici ingenii ſui fœtus inſcripſit. *Lampus Biragus* per ea tempora, quibus Turcæ in Chriſtianos dire ſæviebant, atque *Byzantium* diripuerant, Strategeticon, ſeu opus de re militari adverſus Turcas (*f*) ſcripſit, atque in *Nicolai* Pontificis nomine prodire voluit. Præfationem ejuſdem *Lampi*, quoniam multa de Pontificis geſtis complectitur, in Appendice locum habere voluimus. Append. n. IX.

XX. Variæ de Pontificis laudibus Orationes, & Carmina.

Quam multi porro de hujus Pontificis laudibus Carmina, aut Orationes panxerunt! De his a nobis tantum mentio fiet, quæ in Vaticanis codicibus latent. In his eſt *Baſinii Parmenſis* Elegia (*g*), & Ecloga (*h*), *Franciſci Cini* (*i*) Elegia, Fratris *Thaddæi* Ordinis S. Mariæ Servorum

(*a*) Exſt. in Cod. Vatic. 2694. pag. 297.
(*b*) Cod. Vat. 3562.
(*c*) Cod. Vat. 2710.
(*d*) Cod. Vat. 5076.
(*e*) Ibid.
(*f*) Cod. Vat. 3423.
(*g*) Cod. Vat. 3592.
(*h*) Cod. Vat. 1676.
(*i*) Cod. Vat. 4490.

vorum (*a*) Carmen, *Michaelis Canenſis*, (*b*) patria *Viterbienſis*, poſtmodum Epiſcopi *Caſtrenſis*, Oratio, *Petri de Monte* Epiſcopi *Brixienſis* (*c*) Oratio, quum ad limina Apoſtolorum veniſſet, item *Roderici* Epiſcopi *Calaguritani*, deinde *Zamorenſis* (*d*), ut & *Hieronymi*, *Guarini* Veronenſis filii (*e*), & *Thaddæi Quirini* (*f*) Patricii Veneti Orationes.

XXI.
Qui ob doctrinæ, & morum præſtantiam inter Cardinales a Pōtifice adlecti.

Quanquam vero difficile eſſet referre, quibus officiorum generibus, quibus præmiis & honoribus *Nicolaus* Pontifex virtute præſtantes viros affecerit, ex his quæ tamen diximus, multa Lector ipſe perſpiciet, ac uberioribus præmiis, & honoribus nonnullos eorum ornaſſet, ſi compoſitis probiſque. moribus fuiſſent. Nam qui doctrina & moribus commendabantur, ad ampliſſimam Cardinalatus dignitatem ab eo elati ſunt. In his eſt *Johannes Cerdanus* (*g*), & *Johannes de Cuſa* (*h*), quorum uterque ob eximiam doctrinam, ac morum probitatem a *Nicolao* Pontifice inter S.R.E. Cardinales fuit cooptatus.

XXII.
Philelphi, & Platinæ teſtimonia de Nicolai Pontificis in litteras, & litteratos viros munificentia.

Tantis *Nicolai* Pontificis laudibus, ob egregie excultas & amplificatas litteras, *Franciſci Philelphi*, & *Platinæ* ſuffragia accedant. *Philelphi* verba in epiſtola (*i*) ad Calliſtum III. hæc ſunt: *Quantam ſibi*, inquit, *gloriam comparavit* NICOLAUS V. *qui te modo anteceſſit in Pontificatu, cum ad cæteras virtutes ſuas, vitæque ſanctimoniam, tanta eruditione, tanta ſapientia,*

[*a*] Cod. Vat. 3602.

(*b*) Cod. Vat. 3697. Vid. eundem Canenſium in Vita Pauli II. ubi de Nicolai V. laudibus, pag. 4. 26. 85.

(*c*) Cod. Vat. 2694. pag. 300.

(*d*) Cod. Vat. 4881.

(*e*) Cod. Bibl. Ottobon. O. III. 3.

(*f*) Card. Quirin. in Diatrib. ad Epiſt. Franciſci Barbari pag. CXVIII.

(*g*) Vid. Nicol. Antonii Biblioth. vet. Hiſpan. tom. II. pag. 182.

(*h*) Vid. Jo: Andream Alerienſem in Epiſtola præfixa editioni Apuleii an. 1469. apud Card. Quirin. in Append. ad Pauli II. Vitam pag. 248. Vid. Sixti Senenſis Biblioth. & Bellarminum de Scriptoribus Eccleſiaſtic.

(*i*) Lib. XIII. epiſt. I. pag. 92.

pientia, tanta eloquentia polluit, ut omnibus benefaceret, omnes ad ſe accerſeret, quos ulla, vel ingenii, vel doctrinæ præſtantia inſignes eſſe audiret. Videmus unius ejus optimi ſapientiſſimique Pontificis, vel diligentia, vel munificentia eſſe factum, infinita pene Græca volumina, quæ noſtris hominibus erant ignota, de rebus maximis atque clariſſimis, a Græcis Philoſophis, Hiſtoricis, Oratoribus, eleganter ſcripta, in Latinum eſſe traducta ſermonem. Idemque factum eſt de libris Theologicis, atque Mathematicis, adeo ut non multum jam invidendum ſit Græcis auctoribus, ita multos apud Latinos legere liceat. Quod ſi diutius aliquanto fuiſſet in vivis, cum reliqui rerum, aut optimarum, aut admirabilium Scriptores, tum Poetæ ipſi, maximeque nobiliſſima illa duo divini Homeri Carmina, quibus hominum vita in omnem partem inſtituitur atque ornatur, Latinitatem induiſſent. Quid quod poſt urbis Conſtantinopolitanæ captivitatem, atque miſeram illam & infortunatam depopulationem, nuncios ſuos, & negociatores clam miſit per univerſam illam & Europam, & Aſiam, quæ Turcis paret, ad conquirendos emendoſque Græcos codices, nulli neque labori parcens, neque impenſæ; neque id negocii fruſtra ſuſceptum eſt. Nam innumerabilia prope volumina, ingenti etiam pretio, advecta ſunt in Italiam. Itaque jure optimo dici poteſt, non periiſſe Græciam, ſed in Italiam, quæ olim magna Græcia dicta eſt, unius ejus NICOLAI *Pontificis clementia migraſſe. Et ne omnino re Græcum dici, quam Latinum haberi mallet, & nuncios, & negociatores miſit quamplurimos per univerſam Europam cum grandi pecunia, qui diligenter ubique odorarentur, ſi quid Latinæ gravitatis, & elegantiæ uſquam lateret. Idque, nullius pretii habentes rationem, omnino ad ſeſe devehendum curarent.*

rarent. In eandem ſententiam Platina loquitur: *Laudatur*, ait, [*a*] *quidem ejus liberalitas, qua in omnes uſus eſt, maxime erga litteratos, quos & pecunia, & officiis curialibus, & beneficiis mirifice juvit. Eos enim præmiis, nunc ad lectiones publicas, nunc ad componendum de integro aliquid, nunc ad vertendum Græcos auctores in Latinum ita perpulit, ut litteræ Græcæ, & Latinæ, quæ ſexcentis jam antea annis in ſitu, & tenebris jacuerant, tum demum ſplendorem aliquem adeptæ ſint. Miſit & litteratos viros per omnem Europam, quorum induſtria libri conquirerentur, qui majorum negligentia, & barbarorum rapinis jam perierant. Nam & Poggius Quintilianum tum invenit, & Enoch Aſculanus Marcum Cœlium Apicium, & Pomponium Porghyrionem in Horatii opera Scriptorem egregium*. Hic aliquantiſper dormitat Platina, ut ab aliis eſt obſervatum. *Quintilianum* enim Poggius multo ante *Nicolai* Pontificatum invenit. De *Enoch Aſculano* Philelphus (*b*), quem in *Daciam*, ideſt *Daniam*, & uſque in *Candaviam* inſulam miſſum a Pontifice ſcribit conquirendorum codicum gratia. Multa præterea de hujuſmodi liberalitate erga doctos viros identidem Manettus (*c*) habet.

XXIII. Bibliothecæ Vaticanæ conditor, & amplificator Nicolaus V.

Extremo loco de Vaticana Bibliotheca verba facere voluimus, ut ea diſquiſitioni colophonem imponeret. Hujus Bibliothecæ conditor & parens *Nicolaus* Pontifex jure dici debet: quippe qui, ut Manettus auctor eſt (*d*), Bibliothecam in Vaticanis ædibus ædificavit, ut communi Romanæ Eccleſiæ Præſulum uſui, & commodo, atque Pontificiarum ædium ornamento eſſet. Ad id operis anno Pontificatus ſecundo cogitationes ſuas intendit. Magnis

(*a*) In Vita ſub finem.
(*b*) Lib. XIII. epiſt. I.
(*c*) Lib. II. pag. 925. 928. 956.
(*d*) Ibid. pag. 924. 925.

Magnis propterea ſumptibus, & in Græciam, ac per Italiam, Germaniam, & ad extremos uſque Brittanniæ fines viros doctos ad Græcos Latinoſque codices comparandos miſit, qua induſtria factum eſt, ut ſupra quinque millibus voluminibus Bibliothecam ditarit. Hactenus Manettus, cui Raphael Volaterranus (*a*), fere par, his verbis ſuccinit: *Bibliothecam Vaticanam inſtituit, miſſis quaquaverſus doctis viris comparandorum librorum gratia. Primus noſtri ſæculi litteras pene extinctas excitavit, præmiis, omnibus virtute præditis hominibus, invitatis*. Eadem ſummatim Genebrardus (*b*) in Chronographiam retulit. Ab his Angelus Roccha (*c*) ſumpſit, qui addit, Bibliothecam Vaticanam a *Nicolao* v. fuiſse amplificatam, confuſis eouſque ſparſiſque libris, neque ullo certo, aut digno loco interclufis, quod poſtea fecit *Sixtus* IV.

XXIV. Litterarum ſatum poſt Nicolai v. obitum. Earum reſtitutio.

NICOLAO Pontifice amiſſo, non levem litteræ jacturam fecere, atque interiiſse jam videbantur, niſi *Pauli* II. Pontificatu reviviſcere cœpiſſent. Rem teſtatur Philelphus (*d*) in epiſtola ad Leonardum Griphum his verbis: *Vix dici queat, quantum iſta res mihi voluptatem attulerit, quum animadvertam, viris eruditis magnam ſpem eſſe repoſitam in tanti Pontificis* (Pauli II.) *graviſſimo judicio, ac munificentia. Jam omnis bonarum artium, & eloquentiæ dignitas* POST UNIUS NICOLAI V. PONTIFICIS MAXIMI OBITUM, *tanquam obſoleta interierat, quæ nunc felicioribus auſpiciis reviviſcens, germinat ac floret, & in uberrimam, optimamque frugem coaleſcit*. Alia epiſtola (*e*) *Theodoro*

Cc 2 *Gazæ*

(*a*) Anthropolog. lib. XXII. pag. 259.
(*b*) Lib. IV. pag. 392.
(*c*) De Bibliothec. Vatic. Oper. tom. II. pag. 197.
(*d*) Lib. XXX. Epiſtolarum. Vid. Vindic. Pauli II. apud Card. Quirin. pag. XVI. XXII.
(*e*) Lib. XXVIII.

Gazæ gratulatur, quod Romam a *Paulo* Pontifice, opera *Philippi* Cardinalis *Bononienſis* accerſitus fuiſſet, ac propterea immortales gratias *Paulo* II. agendas eſſe: *quod ab exilio Muſas, veluti longo poſtliminio, in Romanam curiam revocarit*. Ex his igitur, quæ hucuſque diſseruimus, conſtat, prima bonarum artium poſt enatam barbariem fundamenta a *Nicolao* v. Romano Pontifice jacta fuiſse, ac propterea immortalem nominis famam eum fuiſse adeptum. Facile deinde fuit aliis, qui conſecuti ſunt, Pontificibus optimas diſciplinas & artes augere, eaſque ad maturitatem perducere, ut *Leonis* x. temporibus factum eſt. At primas *Nicolaus* v. tulit, qui eas jacentes prorſus, atque collapſas reſtituit, & ad pubertatem, atque ad plenam adoleſcentiam adduxit. Illius exemplo Principes alii excitati ſunt, & litteris favere cœperunt. Adeo verum eſt litterarum fortunam, ac ſpem in uno Romanorum Pontificum patrocinio ac præſidio ſitam eſse! Contra vero ex earum neglectu & contemptu quot mala exoriuntur! De damnis & incommodis, ob neglectum bonarum litterarum cultum, Eccleſiæ, Reipublicæ, & moribus illatis, vide ſi lubet egregii nominis virum Johannem Mabillonium (*a*).

Finis Diſquiſitionis.

APPEN-

(*b*) In Præfat. ad tom. III. Annal. Bened.

APPENDIX MONUMENTORUM.

I.

Tempus Canonizationis Beati Bernardini de Senis.

ANNO Domini MCCCCL. in die Pentecoſtes, quæ fuit XXIIII. Maij, per Sanctiſſimum ac Beatiſſimum Dominum Noſtrum D. Nicolaum Papam V. Pontificatus ſui an. IIII. in Eccleſia Sancti Petri ſolemniter præparata, fuit facta canonizatio bonæ memoriæ Fratris BERNARDINI DE SENIS Ordinis Fratrum Minorum, & declaratum, quod aſſerebatur catalogo Sanctorum, & feſtum ejus in die, qua migravit ad Chriſtum, quæ fuit XX. Maij celebretur, & fiat officium unius Confeſſoris, de qua canonizatione una cum Dominis Protonotariis, & aliis Clericis Cameræ Apoſtolicæ fui rogatus &c. In die autem præcedente, indicto primum Capitulo Generali Romæ Ordinis Minorum vacante Generalatu Ordinis prædicti, electus concorditer fuit Generalis totius præfati Ordinis venerabilis Frater *Angelus de Peruſio*, qui primo erat Vicegeneralis. Lætetur Ordo Seraphici Franciſci de tantis donis Dei: Amen. *Bernardus Archipresbyter Saccenſis, Apoſtolicæ Cameræ Clericus*. Et ipſa Oratione finita, prædictus Diaconus Cardinalis a ſiniſtris Papæ aſſiſtens dicit *Confiteor*, ut eſt moris in loco debito, ſed immediate poſt Apoſtolos facit mentionem de dicto Sancto, qua Confeſſione facta, Dominus Papa dat Indulgentiam gratioſam VII. annorum, & VII. quadragenarum. Et data Indulgentia per Dominum Papam, ac mitra ſibi depoſita, facit abſolutionem, & dat benedictionem more ſolito dicendo: *Precibus & meritis &c.* faciendo mentionem de Sancto canonizato loco ſuo. Quibus factis accedat Dominus Papa ad locum conſuetum, ubi recipiat Pontificalia paramenta, ſcilicet alba, & poſtea more ſolito Miſſam celebrat ſolemniter in honorem dicti Sancti canonizati. Qua Miſſa finita, & data iterum Indulgentia in fine Miſſæ de VII. annis, & VII. quadragenis, & depoſitis paramentis, ad Cameram ſuam, ſive Palatium revertitur cum pluviali, & mitra, prout primitus venerat ad Eccleſiam.

Ad pag. 10.

Ex Lib. Cærem. S. R. E. in Cod. Vat. Urbin. nu. 470. pag. XXXVIII.

Epi-

Digitized by Google

II.

Epiſtola I. Nicolai v. Pont. Max. ad Nicolaum Perottum.

Argumentum.

Gratias agit de translatione libri primi Hiſtoriarum Polybii. Hortatur, ut reliquos in Latinum vertat.

NICOLAUS PAPA V.

Nicolao Perotto Salutem.

Ad pag. 183. Gratiſſimæ nobis fuerunt litteræ tuæ, quas nuper accepimus, plenas quidem omni ornatu, gravitate, devotioneque, & affectione erga nos ſingulari. Gratiſſimus etiam fuit & jucundiſſimus *primus Polybii liber*, quem ad nos
Cod. Vat. 1808. miſiſti, nuper a te e Græco in Latinum translatus; quippe in ea translatione nobis cumulatiſſime ſatisfacis. Tanta enim facilitate, & eloquentia transfers, ut Hiſtoria ipſa nunquam Græca, ſed prorſus Latina ſemper fuiſſe videatur. Optimum igitur ingenium tuum valde commendamus, atque probamus, teque hortamur, ut velis pro laude & gloria tua, & pro voluptate nimia ſingulare opus inchoatum perficere, nec labori parcas. Nam & rem ingenio, & doctrina tua dignam, & nobis omnium gratiſſimam efficies; qui laborum & ſtudiorum tuorum aliquando memores erimus. Nobilem virum patrem tuum, quem nobis tuis litteris commendaſti, confirmavimus pro ejus ſingulari virtute & deſiderio tuo in Prætura Tudertina, ut petiiſti. Ipſum, te, & tuos omnes, quantum in nobis erit, ſemper habebimus commendatos. Tu vero, ſi nobis rem gratam efficere cupis, nihil negligentiæ committas in hoc opere traducendo. Nihil enim nobis gratius efficere poteris. Librum primum a vertice ad calcem legimus, in cujus translatione voluntati no-

noſtræ ampliſſime ſatisfactum eſt. Vale. *Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo piſcatoris* XXVIIII. *Auguſti* MCCCCLII. *Pontificatus Noſtri anno ſexto*.

III.

Ejuſdem epiſtola II. ad eundem de eodem argumento.

NICOLAUS PAPA V.

Nicolao Perotto Salutem.

Accepimus his diebus abs te per fratrem tuum *tertium librum Polybii* nuper a te editum, qui nobis perjucundus, & perquam ſuavis fuit. Legimus præterea avidiſſime, quæ de metris multo ingenio, acumine, & eloquentia ſcripſiſti, ac dilecto filio Johanni Arretino ſubdiacono noſtro, ut ad te quid de his ſentiamus reſcriberet, injunximus, ex cujus litteris noſtram de tuis jam rebus intentionem plane intelliges. Vale. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub anulo piſcatoris die* III. *Januarii* MCCCCLIIII. *Pontific. Noſtri anno* VII.

Ad pag. 183.

Cod. Vat. 1808.

IV.

Breve Laurentii Vallæ Elogium.

Laurentius Vallenſis Placentia oriundus, Romæ habitavit, & civitatem accepit. Hic inter Grammaticos ætatis ſuæ exquiſitus & diligens adeo fuit, ut unicus fere puritatis Latinæ obſervator vellet cenſeri. Multis in urbibus Italiæ Rhetoricam, ac Grammaticam docuit, Genuæ, Papiæ, Mediolani, Neapoli, ubi propter contentionem ortam inter ipſum, & Bartholomæum Fatium Spedienſem, qui

Ad pag. 184.

Cod. Vat. 1797. pag. 290.

Digitized by Google

qui Antonii Panormitæ fovebatur patrocinio ſub Alphonſo Aragonum, & utriuſque Siciliæ Rege, qui mortem obiit anno M.º CCCCLVII.º * cum regnum plures annos obtinuiſſet, diutius eſſe non potuit, ob quam æmulationem Romam ad NICOLAUM Pontificem ejus nominis Quintum acceſſit, a quo eum propter alia, tum vero propter Elegantiarum, quas ſcripſit, librum, honeſte exceptus eſt, & muneribus donatus eſt amplis, inter quæ officio Scriptoriæ Apoſtolicæ. Invitatus ab ipſo NICOLAO *Thucydidem* ex Græco Latinum fecit, amicorum fretus auxilio: quo tradito NICOLAO, aureos accepit quingentos. Deinde rogatus, *Herodoti* translationem ſumpſit, quam edere non potuit, NICOLAO prius, ipſo deinde ſub CALLISTO ejus nominis Papa III. functo vita. Quæ res cauſſa extitit, quod liber abſque procemio ex Laurentii archetypis deſcriptus in lucem prodiit. Fuit ei cum omnibus litteratis non agreſtis, neque inhumana contentio, præter quam cum *Poggio* Florentino, in quem Invectivam reſcripſit. Concubinam habuit, ex qua filium reliquit. Logicam ſcripſit. Summe omnium Quintilianum amavit, quem etiam Ciceroni antepoſuit. Canonicus factus eſt Eccleſiæ Lateranenſis in Urbe Romæ. Studioſus fuit, & linguæ veteris Latinæ defenſor. Ita gratus Nicolao, ut etiam eo mortuo, voluerit *Herodotum* ejus nomini inſcribere. *Jo: An. Vigerinus Abbat.*

* Leg. MCCCCLVIII.

V.

Petri Candidi Decembrii in libros Appiani Præfatio.

Petri Candidi in Libros Appiani Alexandrini ad Nicolaum Quintum Summum Pontificem Præfatio incipit feliciter.

Ad pag. 191. Cod. Vat. 1871.

APpiani Alexandrini Hiſtoriam, ſeu veterum incuria, ſeu temporum iniquitate deperditam, & veluti longo poſt-

poſtliminio ad nos redeuntem, Optime ac Maxime Pontifex NICOLAE Quinte, tuo nutu tuoque imperio e Græca Latinam facere inſtitui, ut non modo apud noſtros nota eſſet ſedulitas mei obſequii, ſed ad poſteros quoque virtutis tuæ fama tranſiret. Quid enim dignius tuis meritis impendi poteſt, quam ut ii, qui in ſequenti ævo hæc aliquando legent, cum ædificiorum magnitudinem, ornatum intuebuntur, quæ ætate noſtra tuo auſpicio confecta ſunt, te Nicolaum eum eſſe intelligant, qui non minorem in recuperandis libris, quam in reſtituendis mœnibus huic Urbi adhibueris curam. Et profecto licet illa præclara, & magna ſint, quæ manu & arte conſtant, & a plurimis ſummo ingenio diligentiaque parantur, præſtantiora tamen habenda erunt, quæ ſtudiis adjuncta, monumentis quoque ſervantur litterarum. Itaque qui Petri Baſilicæ contiguam domum admirantur, a te ſtructam quadrato lapide: qui Hadriani molem viciſſim reſtitutam: qui Deorum Templum ab Agrippa conditum, a te ſuffectum ætate noſtra; qui plura alia, brevi ceſſura vetuſtati, ni tua caritas admoviſſet pias manus; eoſdem quoque admirari conveniet tot illuſtres libros ad nos tua opera traductos e Græcis, nec tuam ſapientiam, nomen, dignitatem, commemoratione laudis tuæ immunes præterire. Etſi non hujus temporis eſſe putem virtutes tuas elegantiori ſtilo debitas, in medium proferre, hoc ſolum dixerim, te his rebus geſtis aſſecutum, ut verus præſul, digniſſimus princeps haberere. Sed ut ad *Appianum* redeam, doleo equidem, ſumme Pater, his in libris traducendis non mediocrem mihi laborem, & induſtriam ereptam eſſe: nam cum mecum ipſe reputo, duos & viginti libros, tot enim Appianus exaraſſe dicitur, ita evanuiſſe, ut *novem* vix a me, ac ne hi quidem integri poſteritati tradi poſſint, omnis mihi ſcribendi fervor ille dilabitur. Quamquam vetus apud nos Hiſtoriæ querela ſit, ut rerum geſtarum ſcripta deflere potius vacet, quam inſpicere. Nam ut clariores referam, quis Livii lacteum illum eloquentiæ fontem exaruiſſe non defleat, interceptam nobis Curtii elegantiam, Trogi gravitatem intermiſſam eſſe, Taciti magnam partem interiiſſe, Criſpi nil extare, quod cupiditatem no-

ſtram expleat? Sive rerum ille ſummus opifex ita ſtatuit, ut nihil ætati obſiſteret, nihil permaneret: ſive cauſarum vis latentium mortalitati devovit omnia; paucorum certe auxilio fragilitati noſtræ conſultum eſt. Inter quos cum unicus ætate iſta videare, qui dignitati tuæ virtutem adjunctam teneas: nec præſentibus modo, verum poſteris litterarum ſpecimen, ornamenta priſcæ conſerves Urbis, merito tibi honores reddimus, te ſacro illo ſolio dignum confitemur, & quicquid bonum fauſtumque continget nobis, beatitudini, & felicitati tuæ acceptum referemus.

Explicit Præfatio.

VI.

Anonymi Præfatio metrica in Iliadis verſionem.

Ad Nicolaum V.

Ad pag. 193. Ex Cod. Vat. 2756.

Rex regum, patrumque pater Nicolae *ſacrorum,*
Magna urbes magnis efficienda viris.
At bene juſſiſti minimo mihi temporis hujus,
Vatis ut inſpicerem carmina Mæonii.
Sed quid Mæonii cornu tonat iſte Latino,
Dum Phryges, ac Græcos cogit in arma duces?
Juſſiſti nubilas illinc me abſtergere mendas,
Longa dies rebus quas genuiſſe ſolet.
Ne qua in nominibus ſcribendis menda lateret,
Eſſent in ſenſum quæque reducta ſuum.
En ego, qua licuit (neque enim potui omnia) librum
Excolui: excultum, ſi placet, accipias.
Non venit, ut docto quondam a Cicerone politus,
Carus naturas qui cecinit varias.

Non

Non ut Ariſtarcho (a) *purus ſub judice totus,* (a)
Non ut Quintilio (b) *ſi data ſcripta forent.* (b)
Qualiſcumque tamen doctas demulſerit aures,
Conſilia, & regum ſi fera bella leges.
Verum, Dive pater, de magni rebus Homeri,
Argumentum iſtum vix habuiſſe putem.
Dixi iſtum, quoniam varia eſt ſententia qui ſit,
Nec verſu hoc quicquam certius eſſe ferunt.
Pindarus hunc parvum trans Pontum vexit Homerum.
Sed non Dircæus Pindarus ipſe fuit.

VII.

Jo: Turrecrematæ S.R.E. Card. Nuncupatoria de Commentario in Gratiani Decretum *De Conſecratione*.

Ad pag. 197. Ex Cod. Vat. 2570. pag. 1. In edit. tom. IV. in princip. paullo aliter.

CUpiens olim, *Beatiſſime Pater* NICOLAE *Pontifex Maxime*, librum *Decreti*, qui innumeris Sanctorum Patrum auctoritatibus, velut rutilantibus ſplendet lucernis, proficiendi cauſa percurrere, cujus cum quanto ſententiarum profundior vis eſt, tanto ejus Commentatores in pluribus paſſibus mihi non placuiſſent, librum ipſum juxta illuſtrium theologorum maxime ſententias, ſtudioſe decurrens, multis me ad hoc amicis adſtringentibus, quamvis ſuper vires eſſet pondus, quod petebatur, expoſitionis præfati libri, ſub ſpe illius, qui pater luminum eſt, & Domi-

(*a*) De *Ariſtarchi* Samothracis cenſura in Homerum vide Fabricii Bibliothecam Græcam to. I. pag. 274.; ac num *Iliadem* primus in libros diſtinxerit, ibid. pag. 268. Vide item ibi pag. 318. de *Ptolemæo Alexandrino*, qui *Pindarion* dictus eſt, quique in Homerum aliquid ſcripſit.

(b) Eugenius Toletanus Præfat. ad Hexameron Dracontii.

Quod ſi Virgilius, & vatum ſummus Homerus,
Cenſuram meruere novam poſt fata ſubire,
Quam dat Ariſtarchus, Tucca, Variuſque, Probuſque.

nus ſententiarum, fonſque veritatis, onus ſtudii mei brachiis complexus ſum, ut etiam Sanctitati tuæ rem gratam efficerem. Exordiens igitur a *Diſtinctionibus*, & uſque ad *octavam* lucubrando perveniens, tandem confectus, ut videor malis, ac ſenio, rebuſque multis implicitus, exiſtimavi * metam operis tanti poſſe contingere. Quare omiſſo, quem conceperam, ordine, perſuaſus quoque amicorum conſilio, ad ſcribendum ſuper tertiam ipſius libri partem, quæ dicitur *de Conſecratione*, me contuli; quod quidem non abſurde feci. Eſt enim tractatus iſte, & congruentior Eccleſiaſticis, & mihi ad ſcribendum facilior affinitate ſcientiæ, quam profiteor: quibus efficiendis, ut eſſent, quæ dicerem, communia omnibus, ab altitudine rerum theologicarum multarum abſtinui. Igitur labore hoc defunctus, non quantum debui, ſed ut potui pro viribus meis, ut eſſem, qui prodeſſem nonnullis, rem jam completam Sanctitati tuæ, pro ſumma ipſius Apoſtolicæ Sedis amplitudine, corrigendam, emendandamque trado, nec ut Pontifici ſolum, ſed ut alteri arbitro, qui maximam in his ſtudiis propter & ingenii perſpicacitatem, & ſapientiam ſingularem, vendicas auctoritatem, id ipſum ſubjiciens. Dignetur ergo Beatitudo tua quouſque opus totum, opitulante Deo, abſolvam, hanc partem tanta gratulatione ſuſcipere, quanta devotione Sanctitati tuæ offertur, quam clementiſſimus Deus ad ſanctum felixque Eccleſiæ ſuæ ſanctæ regimen longæve conſervare dignetur. Amen.

* In edit. extimui.

VIII.

Ejuſdem Nuncupatoria de Commentario in Gratiani Decretum *De Pœnitentia*.

Ad pag. 197. Ex Cod. Vat. 2272. pag. 1.

SAnctiſſimo & beatiſſimo, ac clementiſſimo Patri, & Domino Domino NICOLAO Sanctæ, & Univerſalis Eccleſiæ Papæ Quinto humilis atque devotus Sanctitatis tuæ ſervus *Joan-*

Joannes de Turre Cremata Sanctæ Romanæ Eccleſiæ tit. Sanctæ Mariæ in Tranſtiberim presbyter Cardinalis, *Sancti Sixti* vulgariter nuncupatus, ſe ipſum humili recommendatione præmiſſa ad pedum oſcula beatorum. Graviſſimis ægritudinibus meis, Pater beatiſſime NICOLAE, quibus ſuperioribus temporibus maximo cum periculo laboraveram, cæleſti diſpenſatione attenuatus, quum tantum bonæ valetudinis ineffabili Dei omnipotentis clementia munus me adeptum eſſe cognoſcerem, ut ad ſtudia ipſa mea remeare poſſem, ne tam effluenti pietatis gratiæ viderer ingratus, opus a me ſuper *Decretum* incœptum, conceſſa temporis opportunitate, ad ipſius gloriam, a quo ſalus ipſa mea vires, ingeniumque valeſcunt, ſtudiis meis merito eſſe proſequendum putavi. Abſoluto igitur ſuperiori tempore pro ingenii mei exigua facultate tractatu *de Conſecratione*, ejuſdem immortalis Dei pietatis amplitudine fiſus, aggreſſus ſum tractatum *de Pœnitentia* ſeptem Diſtinctionibus diſtributum. Qui ſane tractatus tam pro rerum contentarum difficilium varietate, quam quæ maxime theologicam redolent facultatem, quam pro ſententiarum circa materias contentas varia antiquorum controverſia, perſpicaciſſimo ſuæ interpretationis artifice, atque explanatore theologo indiget, nec ſatis eſſe ad interpretandum quivis juriſperitus videtur. Has ergo præfati tractatus *de Pœnitentia* explanationes multa vigiliarum mearum laſſitudine elaboratas, pro viribus mediocribus meis, divina opitulante clementia, jam abſolutas, Sanctitati tuæ, qui non modo auctoritate ſummi apicis, ſed & ſapientia etiam, omnique ſcientiarum acumine fulget, emendandas, corrigendaſque ſuppliciter trado, nihil in eiſdem irrevocabili mente affirmans, aut negans, niſi quantum Apoſtolica Sedes, quæ fidei magiſtra eſt, & in qua tu digniſſime præſides, amplectendum rejiciendumque docet, & jubet. Digneris itaque pro tua in me, atque in cæteros ſolita humanitate, hos meæ ſenectutis ludos benigne ſuſcipere, & ſi aliquando ab aliis hæc talia, qui me ſcientia, & doctrina præſtantiores ſunt, multo accuratius, multoque ornatius explicabuntur, pro mea tamen in Sanctitatem tuam antiqua devotione amoreque ſingulari, ea non parvi facias, nihil ob eaſdem res terreni quæ-

In edit. tom. v. in princip. paulo aliter.

quæſtus, aut emolumenti a te expectans. Oro, ut ipſi vero remuneratori omnium laborum bonorum immortali Deo tuis ſanctis orationibus commendatus fiam. Cui honor gloria in ſæcula ſæculorum.

IX.

Lampi Biragi Præfatio.

Ad Nicolaum Quintum Pontificem Maximum Lampi Biragi Strategicon adverſum Turcos.

Ad pag. 199. Ex Cod. Vat. 3423. pag. 1.

SI, NICOLAE, quemadmodum jactatam diu ante te Pontificem, ſciſſamque Romanam Eccleſiam reconciliare potuiſti tua ſumma providentia; & imperium Italicum, quod turbulentiſſimum acceperas, pacare, & in tranquillitate maxima continere, ſic & orientalem alteram id, quod ſtudebas eccleſiam dirigere, ac cum Latina unam eandemque facere, & quod Græci nominis reſtabat componere, & conſervare potuiſſes, non modo prudens ut erat, ſed felix etiam apparuiſſet inſtituti tui ratio. Sed quum alterum tu quidem facile, utpote propius, conſilio, diligentiaque perfeceris, in altero vero a te remotiſſimo, ſive vis fortunæ, ſive fati iniquitas tamdiu in Græcos ſæviens, & hoſtis proximus nimium valuerint, ſupereſt hoc ſolum, & neceſſarium, ut quod vehemens hæc tempeſtas abſtulit chriſtiano nomini, tua virtus ſapientiaque reſtituat. Non ſunt optanda incommoda, non jactura, non dolor; ſed quandoquidem ea jam acciderunt, haud ſuccumbendum eſt profecto, immo vero contra adnitendum: nam & interdum evenit, ut magni boni cauſa ſit accepta aliqua inſignis vel injuria, vel contumelia, quaſi vero acrior tum exurgat ab indignitate rei virtus irritata. Non enim tanto expulſus impetu, ac ne pulſus quidem forſan regno eſſet ſuperbus ille, niſi Sexti Tarquinii violentia in nobilem, ac pudicam fœminam, ejuſque contumeliæ indignitas Populum Romanum in ultionem laudatiſſimam

mam accendiſſet. Tolerantur aliquando mediocria: rerum extrema & ſegnes excitant. Erant gravia, quæ perpetiebantur Græci antea ab immanitate barbarorum, neſcio tamen quo pacto, ſive ipſis aſſiduitas moleſtiarum familiarius id malum fecerat, ſive noſtris damnatus temporibus ille jam inveteratus torporem quendam oblivionemque vindicandi ſocios afferebat. Verum enim vero capta nunc urbe ſacra, ac direpta, omnibuſque in ea ſævitiæ, libidinis, avaritiæ, crudelitatis, impietatiſque exemplis editis, ſi quem iſta non excitent (ut & metum ab eo hoſte omnium chriſtianorum tranſeam, atque periculum nationibus ei proximis jam imminens,) haud ſane video, quod incitamentum amplius poſſit adhiberi. Sed ſi uti Romanos quondam vis nefaria, & unius fœminæ expugnata pudicitia in juſtiſſimam iram vertit, ſic nunc urbis inclytæ, nobiliſſimæque deſolatio, ſopitam diu chriſtianorum virtutem excitet, haud profecto minor merces nunc nobis ex hac ultione, minuſve continget gloriæ, quam tunc illis fructus decoriſque attulerit.

Digitized by Google

INDEX RERUM.

A

Acta Sanctorum. 198. V. *Allius*.

Æ...nſis Ep. Jo: Creatus Card. 56. 57. 59. Romam venit. 124. In Burgundiam redit. *ibid.*

Æneas Sylvius. V. *Piccolomineus*.

Æſopi Fabulæ, Latine verſæ. 195.

Agnelius Altorgius Archiep. Beneventanus. Creatus Cardin. 56. 57. Obit. 100.

Agrienſis Ep. Dionyſius, Card. Monaſticæ in Hungaria diſciplinæ inſtaurator. 78.

Agnus Dei. Pœnæ in quoſdam eos confringentes. 127.

Albanenſis Epiſcopus Petrus. Avenionenſis, & Galliæ Legatus. 35. 82.

Albania. 36. 37. Antonius de Oliveto Nuncius. *ibid.* Albaniæ Epiſcopus. 37.

Albergatus Nicolaus Card. 6. 7. 14. 15. 16. 17. 18. 35. Ejus obitus. 17.

Albertus Romanorum rex. 16. Auſtriæ Dux. 88. 102. 115.

Alemannus Ludovicus Card. Schiſmatis ſignifer. 30. Cardinalatus honori reſtitutus. 75. Ejus obitus. 87.

Allatius Leo. xviii. 179. 182.

Allius Antonius. Acta Sanctorum colligit. 198.

Alphonſus Aragonum, & utriuſque Siciliæ rex. 4. Illius ad Nicolaum v. Oratores, & Pontificis ad eundem Legati 25. Mediolanenſis Ducatus hæres nuncupatus. 53. Pacem cum Florentinis init. 54. Cautorias recipit ob non ſolutum ſtata die pro regno Siciliæ cenſum. 82. Quæ illi Pontifex conceſſerit. 82. 83. 90. 122. Arma in Florentinos movet. *ibid.* Triremes pro bello ſacro pollicetur. 134. Pecuniam Scanderbechio mittit. 146. Pacem inter Venetos, Mediolani Ducem, & Florentinos ratam habet. 157. 158. 159.

Ambroſius Camaldulenſis. V. *Camaldulenſis*.

Amedeus, antea Sabaudiæ Dux, Felicis v. nomine Antipapa. 29. 30. 31. Hæreticus & ſchiſmaticus declaratur. 30. Abdicat. 64. 65. Honores ei decreti. 65. 68. 69. 70. Ejus obitus. 70. 100.

Amigdanis Nicolaus de Ep. Placentinus, & Pontificis Vicecamerarius. 129.

Amurates Turcarum tyrannus. Ejus interitus. 99.

Anconitana Marchia. 33. 38. Ejus Conſtitutiones confirmatæ. 56.

Andreola Nicolai v. mater. 11. 12. 13.

S. Angeli caſtrum. 167. 170. 209.

Anglia. V. *Henricus* vi.

Anguillariæ Comes Dulcius. A perduellionis crimine ſolvitur. 62. Everſus Nurſinis bellum infert. 153. Vincitur. *ibid.* A læſæ majeſtatis crimine ſolvitur. 154. 155.

Anio fluvius, a Nicolao v. purgatus. 169.

Antoninus S. 5. 144.

Antonius Card. Luſitanus. V. *Portugallenſis*.

Appianus Alexandrinus, Latine verſus. 190. 191. 193. 208.

Aqua Virgo, a Nicolao v. reſtituta. 169. 170.

Aquenſis Archiepiſcopus Robertus. Felicem Antipapam, ſchiſmaticum, & hæreticum pronunciat. 30. 31.

Aquilejenſis Patriarcha. V. *Mediarota*.

Arengheria Gaſpar de. Bononienſium ad Nicolaum v. Orator. 26.

Aretinus Jo: V. *Tortellius*. *Rinutius*.

Aretinus Leonardus. 175.

Arma, & commeatus Infidelibus ferentes, pœnis coerciti. 100.

Digitized by Google

Ariſtarchus. 211.
Ariſtotelis libri, Latine verſi. 181. 192.
Artus, Jo: de. Cardinalatus honori reſtitutus. 74. 75.
Aſchaffemburgenſis conventus. 28.
Aſculanus Enoch. 202.
Aſſiſium. 71. 81. 82. 83. 167.
Ateſtinus Marchio, Borſius. 84. Lucenſibus caſtrum Gallicani reſtituit. 97. Fridericum III. honorifice ſuſcipit. 102. Jacobum Picininum commeatu juvat. 162.
Athanaſius S. 181.
Athenæ. 161.
Atrebatenſis Ep. Jacobus. Legatus ad Burgundiæ Ducem deſignatus. 160. 164. Card. creatus. *ibid.* obit. *ibid.*
Avenionenſis civitas. Petrus Epiſcopus Albanenſis, Legatus. 35. 82. Avenionenſis Ep. Alanus, creatus Card. 56. 57. Ut nobiles & comites Avenionenſis tractus Apoſtolicæ Sedis Legato fidem & obedientiam præſtent. 82. Ne quis eos injuriis afficiat. 127.
Auguſtanus Ep. Petrus, Card. Romam venit, & rubeo pileo donatur. 78. 79.
Auriſpa Jo: 178. 195. 196.
Auſtriaci populi in Federicum Imp. commoti. 121. Ad pacem compulſi. *ibid.* Ulricus Ciliæ Comes Auſtriæ Præfectus. 121.
Ayncurienſe Collegium, Lovanium translatum. 156.

B

BAlbus Euſtachius. 134.
Balconibus Nellus de. Nonnullorum caſtrorum Præfectura donatus. 63.
Barbarus Franciſcus. Ejus ad Nicolaum V. gratulatoriæ litteræ. 26. Ejus conſilia de claſſe in Turcas paranda. 133. & *ſeq.* 138. 141. 142. Laodatus. 178. 179. 180. 181. 186. 190.
Barbus Petrus. S. Mariæ novæ Diac. Card. 38. tit. S. Marci. 141. 154. V. *Paulus* II.
Barcinonenſis Academia inſtituitur. 83.
Bartholomæus, Nicolai V. pater. 11. 12.
Baſileenſis Ep. Fridericus. Ad bonam frugem redit. 29. A cenſuris ſolvitur. 47.
Baſileenſis Pſeudoſynodus. 27. 28. Edictum Friderici Cæſaris adverſus Baſileenſes. 29. Lauſanam ſecedunt. 48. Baſileenſe Conciliabulum diſſolvitur. 64. 65. 66. A cenſuris ſoluti, & honoribus reſtituti, qui Baſileenſi, & Lauſanenſi conventibus adhæſerant. 68. 69. Baſileenſis Concili Hiſtorici ſphalmata. 96.
Bellum ſacrum adverſus Turcas. 138. 139. 140. & *ſeq.*
Benedictus XIII. Pont. Max. 197.
Benedictus XIV. Pont. Max. Solemnem proceſſionem inſtituit, & peragit. 45.
Beneventanus Archiep. V. *Agneſius*.
Bentivolis Ludovicus de. Bononienſium ad Nicolaum V. Orator. 26.
Bernardinus Senenſis S. Variæ de eo inter Sanctos cooptando diſquiſitiones habitæ. 37. 38. 61. Cœlitibus adſcribitur. 80. 81. 205. Templum ab Aquilanis in ejus honorem excitatum. 98.
Beſſarion Card. Nicænus. 55. 61. Bononiæ Legatus. 78. 102. 128. 137.
Biragus Lampus. 187. 199. 214.
Biſuntina Academia inſtituta. 79.
Blondus Flavius. 175. 178.
Boccaccius Jo: 193.
Bohemi. Hæretica labe infecti. 51. 94. 95. 120. 149. 150. 151. 152. V. *Ladiſlaus*.
Bononia urbs. 12. 13. 14. Bononienſium ad Nicolaum V. gratulatoria Legatio. 25. 26. Fridericum III. honorifice ſuſcipiunt. 102.
Bononienſe gymnaſium. Privilegia a Nicolao V. ei conceſſa. 55. 56.
Bononienſis Eccleſia. Nicolaus Card.

Albergatus Ep. Bononienſis. 14.15. 16. Adminiſtrata per Ludovicum Card. Aquilejenſem. 19. Thomas Sarzanenſis illius Epiſcopus. 19.20. Ejuſdem ad Canonicos Bononienſes. litteræ 8. 24. Jo: de Podio Ep. Bononienſis. 26. Jus cognoſcendi de cauſſis quibuſcumque ei datum. 40. Ejus obitus. 41. Philippus Calandrinus creatur Ep. Bononienſis. *ibid.*

Boſniæ regnum. Stephanus Thomas Boſniæ rex, honoribus reſtitutus. 35. 36. Hæreſis Manichæorum ibi graſſatur. 61. 62. Stephanus Vaivoda regis Stephani ſocer. 62. De ope Stephano regi ferenda. 84.85. Stephani Thomæ regis fœdus cum Georgio Voxſalich confirmatur. 126.

Brittannia minor. 43. Ejus Dux Franciſcus. 56. Petrus. 98. Conſtitutiones illius Ducatus a Pontifice approbatæ. 143.

Burgundiæ Dux Philippus. 15.16.35. Errores in Burgundia nati. 55. Bellum ſacrum una cum *Carolo* filio vovet, ſed præ vecordia torpeſcit. 145. 146. Sacram expeditionem parat. 159. 160.

C

CAdomenſe gymnaſium approbatur. 97.

Cæretani, ſeu falſi Quæſtores, pœnis coerciti. 143. 144.

Cæſarinus Georgius. 153.

Caffa. 161.

Calandrinus Philippus. Creatur Ep. Bononienſis. 41. S.R.E. Card. 56. 57.59. Os ei aperitur. 74. Legatus ad Friderium Cæſarem. 103. 118. Laudatus. 204.

Camaldulenſis Ambroſius. 16. 198.

Cameræ Apoſtolicæ juribus a Nicolao v. conſulitur. 95.97. V. *Clerici.*

Camerinum civitas. Privilegia ei confirmantur. 39. Baptiſta Ep. Camerinenſis in Polonia Legatus. 42. Camerinenſes a perduellionis crimine ſoluti. 62.

Canenſis Michael. 200.

Cantabrigienſe Collegium. 56.

Capiſtrano Johannes de. Inquiſitor adverſus Fraticellos. 37. De eo in Germaniam mittendo conſilia. 86. In Germaniam pergit. 93. 94. Bohemi in eum concitati. 120. Poteſtas ei a Pontifice Bohemos, & alios ab hæreſi abſolvendi collata. *ibid.* Aliæ ei facultates conceſſæ. 143. In Poloniam pergit. *ibid.* Francofurtenſi conventui intereſt. 149.

Capitolium. 170.

Capranica Dominicus Card. & Epiſcopus Firmanus. 5. Ad Alphonſum regem miſſus. 25. Piceni Legatus. 33. Stephani Porcarii in Pontificem conjuratio ei delata. 129. Major Pœnitentiarius. 140. Legatus ad Genuenſes. 142. Neapolim ad pacem inter Italos feriendam Legatus miſſus. 157. 158. 159.

Cardinales S.R.E. Eorum creatio 42. 56.57. Ritus aſſignandi eis titulos, & oris aperiendi 57.58. Schiſmatici in Cardinales iterum aſſumpti. 74. 75. Cardinalium officia erga Fridericum Cæſarem. 104. 114. 117. 118.

Carolus VII. Gallorum rex. Ejus ſtudia pro tollendo ſchiſmate. 29.30. 31. Fœdus inter eum, & Philippum Burgundiæ Ducem initum Pontifex confirmat. 35. Oratores ad Pontificem mittit. 50. 51. Et Lauſanam. 63. Ob collatam in ſchiſmate ſedando operam ei Pontifex gratias agit. 67. Bellum cum Angliæ rege. 92. 93. Ad pacem inclinat. *ibid.* Anglos ex Gallia pellit. *ibid.*

Carvajal Jo: de. Apoſtolicæ Sedis in Germania Nuncius. 20. 21. 22. Viennam Auſtriæ pergit. 22. Creatur Diac. Card. S. Angeli. 23. Germaniæ Legatus. 34. Pacta cum Germanis init. 46. 47. Ejus contra Bohemos geſta. 51.52. Romam redux.

dux. 96. 97. Legatus ad Fridericum Cæſarem. 103. 118. Ad Inſubres ablegatus. 122.

Caſimirus Polonorum rex. Nicolao v. favet. 32. 42. Roſa aurea a Pontifice donatus. 42. Pontificium Legatum honorifice ſuſcipit. *ibid.* Rubeum galerum pro Sbigneo Cardin. efflagitat. 71. Pacandis Hungaris ſtudet. 80. Jubileum pro regno Poloniæ obtinet. 89. Ejus Imperio ſe Pruſſii ſubjiciunt. 152. Prælio vincitur. *ibid.*

Caſtella in Hiſpaniis regnum. Johannes Caſtellæ rex Mahometanis bellum ſacrum indicit. 53. Conferendæ pecuniæ eidem regi pro bello adverſus Saracenos ratio. 73. Ad fidem catholicam reverſis aditus ad honores, & beneficia datus. 73. Perduelles pœnis coerciti. 73. Item Judæi, & Saraceni in eodem regno. 91. Præmia Johannis Regis caſtra ſequentibus propoſita. 91. 92. Neophytis aditus ad honores datus. 92. Johannis Caſtellæ regis obitus. 148.

Caſtellæ Admirantis filia Johanna Enriquez. 34.

Caſtri rubei inſula Alphonſo Aragonum regi a Pontifice conceſſa. 83.

Caſtro S. Petri Baptiſta de. Bononienſium ad Nicolaum v. Orator. 26.

Centumcellæ. 168. 169.

Cerdanus Antonius. Creatus Card. 42. 43. 60. Deſignatus Apoſtolicæ Sedis ad Alphonſum regem Legatus. 54. Ilerdenſis appellatus. 59. Sententiam fert de Primatu Xenodochii S. Spiritus in Saxia. 157. Laudatus. 195. 200.

Cervantes Jo: Ep. Oſtienſis. 112.

Chaldæi in Cypro, & Rhodo. Ad catholicam fidem redeunt. 36. 84.

Chiemenſis Eccleſia. V. *Saliſburgenſis.*

Chienſis inſula a Turcis capta. 136.

Chryſoſtomus Jo. S. Ejus homiliæ, Latine verſæ. 180. 181. 182.

Cincius. 175.

Cinus Franciſcus. 199.

Civitas Caſtellana. 168. 169.

Clerici Cameræ Apoſtolicæ. Ad certum numerum redacti. 90.

Colocenſis Archiepiſcopus Andreas, in Cypro Legatus. 36.

Colonienſis Archiepiſcopus, exauctoratus, & reſtitutus ab Eugenio iv. 21. Conradus, & Sifridus Archiepiſcopi. 119.

Columna Proſper Card. 4. Laurentius a perpetratis abſolvitur, & in Caſtrinovi poſſeſſionem immittitur. 39. Columnenſes Friderico Cæſari obviam eunt. 104.

Condulmerius Franciſcus Card. & S.R.E. Vicecancellarius. 25. Epiſc. Portuenſis. 81. Adlectus inter Cardinales, qui de miraculis Bernardini Senenſis inquirerent. *ibid.* Fridericum Cæſarem inungit. 112. 115. Pecunia pro bello ſacro ejus curæ commiſſa. 140. Claſſis Pontificiæ Præfectus, & Legatus CPolim pergit. 144. Obit. *ibid.*

Conſtantinopolis urbs. Synodus ibi habita. 85. Quid in ea decretum. *ibid.* Gregorius Meliſſenus CPolitanus Patriarcha pellitur, & Romam confugit. 85. 123. Claſſis ad ſuppetias CPoli ferendas paratur. 133. 134. 135. Capitur, ac diripitur. 135. 136.

Conſtantinus Græcorum Imp. Auxilia a Pontifice petit. 99. 100. 134. 135. Capitur, & interficitur. 135. 136.

Contrarius Andreas. 179.

Corona ferrea Langobardorum. 108. *& ſeq.*

Coronationis Imperatoriæ ritus. 108. *& ſeq.*

Coronenſis Ep. V. *Dania.*

Corradinus Petrus Marcellinus Card. Ep. Tuſculanus 117. 156.

Corſica Inſula. Summo Apoſtolicæ Sedis imperio obnoxia. 40. Jacobus Epiſcopus Potentinus, & Franciſcus Angelus Epiſcopus Feretranus ad eam regendam miſſi. *ibid.* Item Fr. Jacobus de Cajeta. *ibid.* Conſtitutio Nicolai v. de nonnullis Ca-

Digitized by Google

ſtris ejuſdem Inſulæ. 90.
Cracovienſis Academia. Schiſmati Baſileenſi adhæret. 42. Apoſtolici Legati mandatis parere detrectat. 49. 50.
Cracovienſis Ep. V. *Sbigneus.*
Cremona. 33.
Cruceſignati pro bello adverſus Turcas. 139. 140. 141. V. *Bellum Sacrum.*
Cuſa Nicolaus de. Archidiaconus Brabantiæ, & Apoſtolicæ Sedis in Germania Nuncius. 20. 21. 22. Creatus Card. 56. 57. 59. Romam venit, & rubeo galero exornatur. 78. Germaniæ Legatus. 92. Colonienſi Synodo præeſt. 119. Item Bambergenſi. *ibid.* In Bohemiam pergit. 120. In Auſtriam ablegatus. 121. Ex Germanica Legatione redit. 131. In Germaniam recedit. *ibid.* Ad Ratiſponenſem conventum pergit. 145. In Pruſſiam Legatus mittitur. 152. 153. Laudatus. 200.
Cyprus. Johannes Cypri rex anathemate perculſus. 35. Solutus. *ibid.* Andreas Archiepiſcopus Nicoſienſis Apoſtolicæ Sedis in Cypro, & Rhodo Legatus. 36. 84. Jo: Rex bello a Turcis petitur. 99. A Pontifice juvatur. *ibid.* V. *Chaldæi. Maronitæ.*

D

DAnia regnum. Bartholomæus Ep. Coronenſis in Daniam, Succiam, Norvegiam, atque Gothiam Apoſtolicæ Sedis Legatus miſſus. 93. Cum Græcis Conſtantinopoli diſputat. 144. Civilia Danorum bella. 152. 153.
Decembrius Petrus Candidus. Appianum Alexandrinum Latine vertit. 190. 191. 208.
Diodorus Siculus, Latine verſus. 176. & *ſeq.* 193.
Dionis Pruſæenſis libri de Regno, Latine verſi. 189. 190.
Dlugoſſius Jo: Rubeum galerum Sbigneo Card. defert. 71. 72. Notatus. 80.
Duellum. Conſtitutio adverſus provocantes ad duellum. 91.

E

EPicteti Enchiridion, Latine verſum. 183.
Eltenſis. V. *Ateſtinus.*
Eſtoutevilla Guillelmus de. Tit. S. Martini presbyter Card. 38. Galliæ Legatus. 92. Pacem inter Galliarum & Angliæ reges curat. 92. 93. Ex Gallica Legatione redit. 131. Pecunia pro bello ſacro ejus curæ commiſſa. 140. In Galliam iterum Legatus miſſus. 148.
Eugenius Papa IV. Ejus obitus, & funebria. 1. 2. Nicolaum Albergatum Card. Legatum in Gallias, Germaniam, & Ferrariam mittit. 15. 16. Thomam Sarzanenſem Subdiaconum Apoſtolicum creat. 17. 18. Item Urbis Vicecamerarium, & Oratorem ad Florentinos, & ad Alphonſum regem. 18. 19. Creat eundem Thomam Epiſcopum Bononienſem. 19. 20. In Germaniam, & Burgundiam legat. 20. 21. Cardinalem creat, & purpureo galero exornat. 23. 24. Ejus litteræ pro Eccleſia Salisburgenſi. 34. Quæ Germanicis Oratoribus conceſſerit. 45. 46.
Euſebii Cæſarienſis libri de Præparatione Evangelica, Latine verſi. 178. 179. 182.

F

FAbrianum. 70. 71. 74. 81. 167. 168. 169.
Fabricius Jo: Albertus. 184. 190. 195. 196. 211.
Facius Bartholomæus. 11. 199.
Faventia. 144.

Felix

Digitized by Google

Felix v. Antipapa. V. *Amedeus*.
Ferrarienſis conventus. 33. V. *Atcſti-nus*.
Ferrerius Vincentius S. 97.
Fliſco Jo: Philippus de. 142.
Florentini. Eorum ad Pontificem Legati. 25. 32. Ad pacem cum Philippo Mediolanenſi Duce permoventur. 33. Pacem cum Alphonſo rege ineunt. 54. Fridericum III. honorifice habent. 102. Ab Alphonſo rege bello preſſi. 122. Pacem cum Venetis feriunt. 146. 147. Oratores Neapolim mittunt. 147. 148. 157. Pacem cum Alphonſo rege ſanciunt. 158.
Fœneratores in Sardinia, pœnis coerciti. 38.
Fontaninus Juſtus Archiep. Ancyranus. 163. 197.
Forumlivii. V. *Ordelaffus*.
Foſcarus Franciſcus, Dux Venetorum. 137.
Francofurtenſis conventus. 21. 22. 148. 149.
Fraticelli, hæretici. 37. 91. 143.
Fregoſius Ludovicus, Dux Genuenſium. 88. 142.
Fridericus III. Romanorum rex. Ejus Oratores ad Eugenium IV. 3. Item ad Nicolaum V. 25. 26. 28. Ejus ſtudia pro ſchiſmate abolendo. 28. Acephalorum ſectam abrogat. *ibid.* Ejus diſſidia cum Hungaris, & Bohemis ob Ladislaum regem. 33. 34. Sponſalia cum Leonora Luſitana, init. 86. Iter in Italiam ad excipiendam ſponſam, & Imperii coronam parat. 101. In Italiam venit, & honorifice excipitur. 102. Legati Pontificis ei obviam miſſi. 102. 103. Quo apparatu Romam ingreſſus, & quo ritu a Pontifice exceptus. 103. 104. 105. 106. 107. Langobardorum corona a Pontifice donatur. 107. 108. 109. 110. Item Imperii corona. 110. 111. 112. Donationes Apoſtolicæ Sedis antiquitus factas confirmat. 103. 110. Sub una tantum ſpecie communicat. 112. Nuptias cum Leonora celebrat. 108. 113. Milites creat. 113. Pontificium de ejus coronatione diploma. 115. 116. Item de primariis precibus. 116. 117. Neapolim pergit, Romam redit, inde in Germaniam. 117. *& ſeq.* Inteſtina adverſus eum bella. 121. Conventum ad Ratiſponam indicit. 138. 145.
Fulginas Nicolaus. 137.

G

GAllicani caſtrum Lucenſibus reſtituitur. 97.
Gallus Nicolaus. 129. 130.
Gaza Theodorus. 187. Ariſtotelis, & Theophraſti libros Latine vertit. 192. Romam a Paulo II. accitus. 204.
Gennadius, qui & Georgius Scholarius. 132.
Genuenſes. 25. 90. 122. 138. 142. 158. 159. 161. V. *Corſica. Fregoſius.*
Geſuatæ. 161.
Ghinea a Luſitanis adquiſita. 160.
Girkra Jo: 80.
Gladius a Pontifice benedictus, Alberto Auſtriaco datus. 88.
Glaſcovienſe gymnaſium inſtituitur. 97.
Gneſnenſis Archiep. Vincentius, Card. honoribus reſtitutus. 31. 32. Uladislaus de præcedentia cum Sbigneo Card. contendit. 72. Ea controverſia ſedatur. 72. 73.
Godius Petrus. 129. 170.
Græci ritus, ne a Latinis in regionibus Græcorum uſurpentur. 55. Græcorum pervicacia. 109. Ad catholicam fidem ſimulate redeunt. 132.
Gratiani Decretum ſecundum Decretalium methodum editum. 197. Commentaria. 211. *& ſeq.* V. *Turrecremata*.
Gregorius Papa VIII. 10.
Gualdum oppidum. 167.
Guarinus Veronenſis, Strabonem Latine

Digitized by Google

tine vertit. 186. & seq. Hieronymus. 200.
Guazalotis Andreas de. 163. 164.
Gurcenſis Eccleſia. 34. 35. Ulricus Ep. 145. V. *Saliſburgenſis*.

H

HAdriaoi pons. 167. Moles. V. *S. Angeli*.
Henricus VI. Angliæ rex. Ejus pro ſchiſmate abrogando ſtudia. 30. 31. Pragmaticæ Sanctionis decreta ei permiſſa. 43. Bellum cum rege Galliæ gerit. 93. Ex Gallia pellitur. *ibid.* Angli, qui ab eo defecerant, a crimine ſolvuntur. 126.
Henricus tit. S. Clementis Card. Archiep. Mediolanenſis. Apoſtolicæ Sedis in Gallia Ciſalpina Legatus. 54. Ejus obitus. 86. 87.
Heresbachius Conradus. 189.
Herodotus, Latioe verſus. 185. 186. 193. 208.
Hieroſolymitanus equeſtris ordo. V. *Rhodienſes*.
Hippocratis Epiſtolæ, Latine verſæ. 195.
Homeri verſio Latina. 193. 194.
Horatius Romanus Iliadis Homeri partem Latine vertit 193. 194.
Hortanus Ep. Nicolaus. 163. 164. Antea Cataceuſis. *ibid.*
Hungaria regnum. Inteſtinæ in eo diſcordiæ. 80. V. *Ladiſlaus*. *Huniades*. *Fridericus* III.
Huniades Io: regni Hungarici moderator. Bellum ſacrum adverſus Turcas gerit. 53. Civiles inter eum & Hungaros diſcordiæ. 80. Ioiquas pactiones cum Raſciæ Deſpota init. 80. Ad ejus preces Jubilei Indulgentiæ pro regno Hungarico conceduntur. 88. 89. Hungariæ Præfectus. 21 Item belli ſummus Præfectus. 149.
Huſſitæ. V. *Bohemi*. *Rokyzana*.

I

S. JAcobi Ordo equeſter in Hiſpania. Privilegia ei confirmantur. 126. Ne Ordinis Magiſter, niſi ſub certis conditionibus eligatur. 155.
Ilerdenſis. V. *Cerdanus*.
Imola. 144.
Indulgentiarum litteræ. Pœnæ in quoſdam eas confingentes. 127.
Infixura Stephanus. 44. 130. 131. 154. 155. 159. 162. 169. 170.
Innocentius Papa I. 10.
Johannes Andreas Ep. Alerienſis. 187. Idem Ep. Accienſis. 188. 189.
SS. Jo: & Pauli Eccleſia. Geſuatis conceſſa 161.
Iſidorus Cardinalis Ruthenus. Legatus CPolim miſſus. 123. 132. Capitur, & fugit. 135. 136. Ejus Epiſtola de elade CPolitana. 136.
Jubilei indictio. 60. 61. Initium 75. 76. Populi frequentia. 75. 76. Miſerandus caſus. 76. Pontificis pietas. 76. 77. Nummi ob hujuſmodi celebritatem cuſi. 77. Nonnullis regnis, ac Provinciis conceditur. 88.
Judæi. Conſtitutio ne quis cum eis communicet. 91.

L

LAdiſlaus Bohemiæ & Hungariæ rex. 33. 34. Romam in Comitatu Friderici Cæſaris venit. 105. Oratiunculam coram Pontifice recitat. 106. Quo ritu exceptus. *ibid.* Fugam tentat. 117. Pragam pergit. 149. 150. Inauguratur. *ibid.* Huſſitas coercet. *ibid.*
Lambertini. Æganus, Ulyſſes, & Guidantonius, Podii Rognatici, & aliorum hoſpitiorum jure donati. 62. 63.
Landis Amedeus de. Damnatus ob calumnias B. Bernardino Senenſi impactas. 37.

Digitized by Google

Landrianus Gerardus Card. 17.

Lateranenſis Baſilica. 9. 20. 113.

Lavagnolus Jacobus, Senator Urbis. 129. 130.

Lauſana civitas. Baſileenſe conciliabulum Lauſanam transfertur. 48. 63. 64. Oratores Regis Galliæ eo profecti. *ibid.* Decretum ibi conditum de abdicatione Amedei. 65. 66.

Lenfant. V. *Baſileenſis*.

Leodienſis Ep. Johannes. 20. 22.

Leonina civitas. 167. 170.

Leonora Luſitaniæ regis filia, Friderico III. Cæſari deſponſata. 86. Ad Liburni portum appellit. 103. Nuptiarum benedictione a Pontifice donata. 108. Coronata. 112. Neapolim pergit, & inde in Germaniam. 117.

Libellius Lilius Ægidius. Philonis opuſcula Latine vertit. 192.

Liberiana Baſilica. V. *S. Maria Major.*

Luca urbs. 11. 12. Lucenſes. 97.

Lucenſis Gaſpar. 138. 141.

Ludovicus Delphinus Viennenſis, Caroli VII. Gallorum regis filius. 31.

Lugana familia. 12. V. *Nicolaus* V.

Lugdunenſis de ſchiſmate abrogando conventus. 30.

Luna urbs Tuſcorum. 10. Lunenſium Epiſcoporum ſedes Sarzanam translata. 10. 11.

Luſitania. Alphonſus Luſitaniæ rex ob exactas a Clero decimas cenſuris irretitus, abſolvitur. 156. Aurea roſa donatus. 145. Africæ interiora penetrat. *ibid.* Ob imperium in Africa propagatum, privilegiis ornatur. 160. 161. Henricus ejus patruus. 160. V. *Atrebatenſis Ep. Leonora*.

M

MAhometes Turcarum tyrannus. Cypri regnum adoritur. 99. Conſtantinopoli inhiat. 122. 133. 134. Eam obſidet, capit, ac diripit. 135. Athenas capit. 161. 177. 178.

Malateſta Rom. Rotæ Auditor funebrem laudationem de Eugenio IV. habet. 2. Sigiſmundus Pandulphus, Arimini, & nonnullarum civitatum, & locorum Vicarius dictus. 81. 82. Item Malateſta novellus. *ibid.* Robertus, ac Malateſta Sigiſmundi filii ſpurii natalibus reſtituti. 81. Sigiſmundi Pandulphi, & Malateſtæ novelli precibus Cervienſis ager Cæſenati additus. 126. Caſtra Montismarciani, & Montiscaſſiani Sigiſmundo conceſſa. 144. In tabulis pacis Italicæ prætermiſſus. 158. Malateſta novellus Jacobum Picininum commeatu juvat. 162.

Malvicii Melchior de. Bononienſium ad Nicolaum V. Orator. 26.

Manettus Jannottus. 6. 11. 12. 13. 17. 58. 59. 67. 106. 169. 178. 181. 193. Inter Apoſtolicos Secretarios adſcriptus. 196. Quæ juſſu Nicolai V. ſcripſerit. *ibid.*

Manfredus Aſtorgius. Caſtri Carioli invaſor. 126. Thaddæus Faventiæ, & Imolæ tyrannus, minis coercitus. 144.

Manichæi. 35. 36. 61. 62. 84.

Maphejus Scipio. 187. 188. Paulus. 199. Timotheus. *ibid.*

Marcellus Jacobus Antonius. 187. 188.

S. Maria Major, Baſilica. A Nicolao V. reſtituta. 166. 170. 171.

S. Maria ſupra Minervam. 3. Ibi electus Nicolaus V. 7.

S. Maria Tranſtiberim, a Nicolao V. reſtituta. 166.

Mariſcottus Ludovicus. 41.

Maronitæ in regno Cypri, & Inſula Rhodo. Ad fidem Catholicam redeunt. 36.

Maſſa Angelus. 129.

Matthæi Apoſtoli Evangelium archetypon. 196. 197.

Mediarota Ludovicus Card. & Patriarcha Aquilejenſis. 19. 20. 25. Viſitatio omnium Urbis Eccleſiarum ei demandata. 127. Ejus ad Franciſcum Barbarum litteræ de

claſſe

Digitized by Google

claſſe in Turcas inſtruenda. 133. 134. 138.

Med na Sidoniæ. 143.

Mediolani Dux Philippus. 27. 32. Ejus obitus. 33. V. *Sfortia*.

Mercede Ordo de. Privilegia ei conceſſa. 56.

Metenſis Card. V. *Sagno*.

Minorum S. Franciſci Ordo. 56. Antonius Neapolitanus verbi Dei præco. 71. Angelus Serpetri Miniſter generalis creatus. 81. 105. Eugenius Somma in Bulgaria, Albania, & Raſſia Nuncius. 94.

Monte Petrus de. Ep. Brixienſis. 199. 200.

Montisferetri Fridericus Comes. Ab Eugenio IV. excommunicatus, & a Nicolao V. abſolutus. 38.

Morinenſis Jo: Card. Legatus ad Ferrarienſem conventum. 33. Ad Alphonſum regem. 54. 83. 84. Controverſias de decumis inter Alphonſum Aragonum regem, & clerum componit. 90. Ejus obitus. 100.

N

NArnia. 168. 169.

Navarræ rex Johannes. 38.

Nauclerus. 114.

Naufragantium bona reſtituenda. 85.

Nepeſini a perduellionis reatu ſoluti 62.

Nicolaus Papa V. antea Thomas Sarzanenſis. Ejus primordia, ortus, & genus. 10. 11. 12. Familiaris Nicolai Card. Albergati. 14. 15. Illius Comes in Legationibus Apoſtolicis. 16. Veterum codicum perſcrutator. 17. Ejus cum viris doctis conſuetudo. *ibid.* Num medicus fuerit. 14. Canonicus Bononienſis. 18. Creatur Subdiaconus Apoſtolicus. *ibid.* Viceecamerarius Eugenii IV. & ablegatus ad Florentinos, & Alphonſum Aragonum regem. 18. 19. Epiſcopus Bononienſis. 19. 20. Nuncius & Legatus ad Burgundiæ Ducem. 20. 21. 22. Viennam Auſtriæ pergit. 22. Creatur Card. tit. S. Suſannæ. 23. 24. Orationem de eligendo Pontifice habet. 2. Creatur Rom. Pontifex. 4. 5. 6. 7. Bononienſi Capitulo electionem ſuam in Romanum Pontificem nunciat. 8. Coronatur. 9. Clavibus B. Petri pro inſignibus gentilitiis utitur. 9. 10. Ejus ſignum Pontificium. 10. In nummis *Thomas Luganus* dicitur. 12. Variæ ad eum Principum Legationes. 25. 26. Ejus ſtudia pro ſchiſmate tollendo. 27. *& ſeq.* Italicos Principes ad pacem hortatur. 32. Item inter Romanorum regem & Hungaros. 33. 34. Saliſburgenſis Eccleſiæ privilegia confirmat. 34. 48. Jo: de Capiſtran. Inquiſitorem contra Fraticellos creat. 37. Toparchis ditionis Eccleſiaſticæ ignoſcit; alios beneficiis ornat. 38. 39. In Corſicam Præfectos mittit. 40. Bononienſi Eccleſiæ jus judicandi de quibuſvis cauſſis concedit. *ibid.* Antonium Cerdanum Card. creat. 42. Preces ab eo indictæ pro ſchiſmate tollendo. 43. *& ſeq.* Pacta conventa cum Germanis approbat. 45. 46. Baſileenſem Epiſcopum, & populum abſolvit. 47. Gallorum regi gratias agit ob ejus ſtudium de ſchiſmate abrogando. 51. Bononienſi gymnaſio privilegia concedit. 55. Cardinales creat. 56. *& ſeq.* Jubileum indicit. 60. Schiſma tollit. 63. *& ſeq.* Pſeudocardinales dignitati reſtituit. 74. 75. Jubileum celebrat. 75. *& ſeq.* Bernardinum Senenſem Sanctorum Catalogo adſcribit. 80. Peſtis cauſa Roma recedit. 77. 81. Alphonſo Aragonum regi nonnulla concedit. 82. 83. Borſium Ateſtinum Ferrariæ Vicarium creat. 84. Chaldæos in Cypro commorantes in communione Eccleſiæ catholicæ detinendos curat. 84. Jubileum aliis regnis

& Provinciis concedit. 86. Legatos in varias regiones mittit. 92. & *ſeq.* Patriarchatum Gradenſem Venetias transfert. 90. Græcorum Imp. monet, ut Græcorum ſchiſma tollat. 99. 100. Fridericum Cæſarem regni Langobardici corona donat. 107. Item imperii corona. 110. Primarias preces ei concedit. 116. Legatum CPolim mittit. 122. In factioſos animadvertit. 128. Claſſem in Helleſpontum mittit. 133. De capta CPoli dolet. 135. 136. Bellum ſacrum in Turcas indicit. 139. & *ſeq.* Pacem inter Italicos Principes curat, & approbat. 140. 158. Imperium in Africa Luſitano regi confirmat. 160. Obitus. 162. Elogia. 164. 165. Opera publica. 166. & *ſeq.* Ejus navi. 171. Illius patrocinium erga literas, & litteratos viros. 175. & *ſeq.*

Nicolius Nicolaus. 17.

Noxetanus Petrus. 15. 194.

Nurſini a perduellionis crimine ſoluti. 39. Eorum cum Spoletanis induciæ approbatæ. 70. Inteſtinis bellis jactati, & ab Everſo Anguillariæ Comite vexati. 153. 154. 155.

O

OBeliſcus Vaticanus. 167.

Ordelaffius Antonius. Civitatis & Comitatus Forilivii pro S. R. E. Vicarius. 39.

Oriolum caſtrum in Romandiola. 136.

P

PAgius Franciſcus. XVII. 22. 24.

—— Antonius. XVII.

Palmerius Matthias. 189. 192.

Pantheon a Nicolao V. plumbo tectum 170. 171. 209.

Papebrochius Daniel. 8.

Papienſis Jacobus Card. 142.

Papienſis Ep. Jo: . Collector decumarum pro bello ſacro. 141. 142. Ad Ratiſponenſem conventum pergit. 145. Ad Francofurtenſem conventum ablegatus. 148. 149.

Pariſienſis Academia. Nicolao V. paret, & Oratores ad eum mittit. 50.

Parmenſis Baſinius. 199.

Paulus II. abſidam Baſilicæ Vaticanæ a Nicolao V. inchoatam perficit. 167. Antonium Allium Epiſcopum creat. 198. Laudatus. 203. 204. V. *Barbus.*

Pera a Turcis capta. 136.

Perottus Nicolaus. 178. Polybium Latine vertit. 183. 206. 207. Item Enchiridion Epicteti, & Simplicium. 183. 184.

Peruſini. Pœnæ in eos decretæ. 125. Ad pacem ſtabiliendam cum finitimis adducti. 155.

Piccolomineus Æneas Sylvius, poſtea Pius II. 2. Friderici Cæſaris ad Eugenium IV. Orator. 3. 4. Comitia Pontificalia poſt Eugenii obitum deſcribit. *ibid.* Ejus teſtimonium de patria & natalibus Nicolai V. 11. Illius cum eodem ante Pontificatum familiaritas. 15. In Germaniam redit. 20. Epiſcopus Tergeſtinus. 86. Sponſalia inter Fridericum Cæſarem, & Leonoram Luſitanam Neapoli ſtipulatur. *ibid.* Agit cum Pontifice de corona Imperii per Fridericum ſuſcipienda. *ibid.* Transfertur ad Eccleſiam Senenſem. *ibid.* Ex Italia in Germaniam redit. 94. Diſputationem cum Taboritis habet. 95. In Tuſciam ad excipiendam Leonoram pergit. 101 Romam venit. 105. Orationem de coronatione Cæſaris, & de Rep. chriſtiana coram Pontifice habet. 118. Apoſtolicæ Sedis in nonnullis Germaniæ Provinciis cum poteſtate Legati Nuncius. 119. Viennam Auſtriæ miſſus. 121. Pacem inter Auſtriacos & alios cum Friderico Imp. ſtatuit. *ibid.* Ejus epiſtola ad Nicolaum V. de clade CPolitana. 137. Item ad Card. de Cu-

Cuſa. *ibidem*. Ad Ratiſponenſem conventum miſſus. 145. Item ad Francofurtenſem. 149. V. *Pius* II.
Peſtis. 70. 71. 77.
Petavius Dionyſius. 179.
Pharenſis Epiſcopus Thomas. Boſniæ, & Croatiæ Legatus. 35. 36. 62. 143.
Philelphus Franciſcus. xix. 6. 178. Homeri Latine vertendi a Nicolao v. onus ei imponitur. 194. 195. Nicolaum v. laudat. 200. 201. 203.
Philonis Opuſcula Latine verſa. 192. 193.
Piciniuus Jacobus. Ditionis Eccleſiaſticæ invaſor, minis coercitus. 161. 162.
Piſaurum. V. *Sfortia*.
Piſæ, urbs. 11. 12.
Pius II. 185. 186.
Platina Bartholomæus. 11. Notatus. 19. 24. Citatus. 66. 67. 103. 146. 154. 157. 158. 165. 170. 171. 202.
Plato de Rep. & de legibus, Latine verſus, 179. 180. 181.
Podiebrachius Georgius. 94. 95. 120. Bohemiæ Præfectus. 121. Huſſitarum patronus. 151. 152.
Poggius Florentinus. 2. 6. 15. 17. 175. Xenophontis Cyropædiam, & Diodorum Siculum, Latine vertit. 176. *& ſeq.*
Poggius Jo: Baptiſta. 5. 25.
Poloni. V. *Caſimirus*. *Gneſnenſis*. *Cracovienſis*. *Sbigneus*.
Polybius, Latine verſus. 183. 193. 206. 207.
Pons Milvius. 171.
Porcarius Stephanus in Nicolaum v. conjurat. 128. Capite damnatur. 128. 129.
Portugallenſis Antonius Card. Ejus de electione Nicolai v. encomium. 5. Obit. 41.
Portugalliæ regnum. V. *Luſitania*.
Prædicatorum Ordo. Privilegia ei confirmata. 97.
Praneſtinus Epiſcopus Johannes Urſinus, vulgo Tarentinus. 38. Obit. 60. Georgius. 97.
Pragenſis conventus. 94. 95.
S. Praxedis Eccleſia a Nicolao v. reſtituta. 155.
Primariæ preces. 116. 155. 156.
Pruſſiæ populi inteſtinis bellis diſtenti. 152. 153.
Ptolemæi Almageſton, Latine verſum. 179. 180. 181.

Q

Quirinus Angelus Maria Card. & S. R. E. Bibliothecarius. 26. 27. 130. 132. 141. 178. 179. 180. 181. 186. 190. 198. 200.
—— Laurus. 137.
—— Thaddæus. 200.

R

Rabenſteynus Procopius, Orator Friderici Cæſaris. 25.
Raaulphi Jacobus, ſacri Collegii Clericus. 5. 9. 74. 100. 162.
Raguſinus Jacobus Archiep. Claſſis Pontificiæ Præfectus, & Legatus. 134.
Raſcia, ſeu Raſſia regio. Georgius Deſpota. 80. 94. 142.
Ratiſponenſis conventus. 138. 145.
Raynaldus Odoricus. Notatus. 8. 22. 42. 60. 65. 98. 110. 162.
Recinetenſis Ep. Ad Peruſinos ablegatus. 155.
Renatus Siciliæ rex. 30. 31. 50. 122. 187. 188.
Renaudotius Euſebius. 130. 144.
Rheginus Matthæus, Minorita. 141.
Rhodienſes milites S. Jo: Hieroſolymitani. Johannes de Laſtico magnus Ordinis Magiſter. 83. Hujus Ordinis Conſtitutiones a Pontifice conditæ. *ibid.* Donationem inſulæ Caſtri rubei Alphonſo regi factam ægre ferunt. *ibid.* Facultas celebran-

 di

di comitiis Ordinis magno Magiſtro data . 143.
Richardus Eboracenſis Comes . 126.
Rinutius Aretinus. Æſopi Fabulas Latine vertit . 195. Item Hippocratis epiſtolas . *ibid.*
Roccha Angelus . 203.
Rokyzana Jo. Huſſitarum ſignifer . 51. 52. Archiepiſcopatum Pragenſem invadit . *ibid.* Ejus cum Legato Apoſtolico diſputatio . 52. Jo: Capiſtranum inſequitur . 94. 120. An palinodiam cecinerit . 149. 151.
Roma , & Romanus populus . Privilegia Senatui populoque Romano a Nicolao v. confirmata . 39. Immunitas a vectigalibus incolis regionis montium conceſſa . 56. Peſtilentia Romæ . 70. 77. Bonifacii VIII. litteræ de Romano Archigymnaſio innovatæ . 79. 80. Romanus Senatus Friderico III. obviam procedit . 104. 114. Jus puniendi fures & raptores ei datum . 127. Muri Urbis a Nicolao v. refecti. 168. 170. 209.
Roncones Angelus . 154. 155. Supplicio deditus . *ibid.*
Roſa aurea . 9. Caſimiro Poloniæ regi miſſa . 42. Duci Genuenſium. 88. Lantgravio Thuringiæ . *ibid.* Alphonſo Aragonum regi . 90. Friderico III. Imp. 113. Alphonſo regi Luſitano . 145.
S. Rufinæ Ep. Jo: Archiep. Cantuarienſis . 126.

S

SAbaudia Ducatus . Nicolai v. litteræ de Expectativis in ditione Ducis Sabaudiæ conceſſis . 79. Quæ idem Pontifex Ludovico Sabaudiæ Duci conceſſerit . 125.
Sabellicus M. Antonius . 75. 76. 146. 147.
Sabellii . Jo: Baptiſtæ, Mariano, Baptiſtæ , & Franciſco venia data . 39.
Sagno Guillelmus Hugo de , Archidiac. Metenſis . Cardinalatus honori reſtitutus . 74. 75. Romam venit. 87. 130. 131.
Saliſburgenſis Eccleſia . Diplomata Nicolai v. de jure eligendi , & conſecrandi Gurcenſem , Chiemenſem, Seccovienſem , & Laventinum Epiſcopos . 34. 48.
Salvatoris imago ad Sancta Sanctorum . 77.
Sanutus Nicolaus . Bononienſium ad Nicolaum v. Orator . 26.
Saraceni . Conſtitutio , ne quis cum eis communicet . 91.
Sardinia . V. *Fœneratores* .
Sarzana . Nicolai v. patria . 10. 11. 12. Lunenſis ſedes eo translata . *ibid.*
Sbigneus Cracovienſis Ep. Cardinalatus honori reſtitutus . 42. Rubeus galerus ei mittitur . 71. 72. Controverſia de præcedentia inter eum & Gneſnenſem Archiep. ſedatur . 72. 73. Legatus ad civile in Hungaria bellum ſedandum dictus . 80.
Scanderbecus Georgius . 53. 146.
Schiſma tollitur . 66. 67.
Scholarius Georgius . V. *Gennadius* .
Sclavonia . 36.
Seccovienſis Eccleſia. V. *Saliſburgenſis*.
Sermentus Petrus . 23.
Sfortia Franciſcus, Marchiæ Anconitanæ invaſor . 38. Alexander civitatis Piſauri pro S.R.E. Vicarius. 39. Franciſcus Mediolani Dux . 108. Bellum cum Venetis gerit . 121. 122. Fruſtra ad pacem tentatur . 122. Pacem cum Venetis init . 146. 147. Oratores Neapolim mittit . *ibid.* & 157.
Sicilia citra & ultra Pharum regnum . 81. 90.
Sigonius Carolus . 14. Notatus . 19. 20. 21. 24.
Simonettus , ſeu Simeon . 146.
Simplicius Philoſophus . 184.
Soldanus Urbis . 104. Jacobus Calvus . 129.
S. Spiritus Xenodochium. Primatum ſupra Præceptorem Xenodochii Montiſpeſſulani obtinet . 156. 157.

Spole-

Spoletum civitas. 70. Municipalia, ejus jura confirmata. 77. Cum Nurſinis induciæ. 78. Bellum cum iiſdem. 153. 154. Arx refecta. 168. 169.
S. Stephani in monte Cœlio Eccleſia. Canonici ex ea ſublati, & Fratres S. Pauli primi Eremitæ ſurrogati. 155. Reſtituta a Nicolao v. 166. 170. 171.
Strabo Geographus, Latine verſus. 186. & ſeq. 192. 193.
Strigonenſis Archiep. Ei reformatio cleri in Tranſylvania committitur. 37. Legati nati, ac Primatus jus ei confirmatur. 126.
Sylvius Æneas. V. *Piccolomineus*.

T

TArentinus. V. *Præneſtinus*.
Tatianus. 184.
Teutonici milites. 152.
Thaddæus Fr. Ord. Servorum. 199.
S. Theodori Eccleſia a Nicolao v. reſtituta. 165. 170. 171.
Teophraſti libri, Latine verſi. 192.
Thucydides, Latine verſus. 185. & ſeq. 193.
Tiburtinus Ep. Nicolaus. 78.
Tifernas Gregorius. Strabonem Latine vertit. 186. & ſeq. Item Dionis libros de Regno. 189. 190.
Tiraquellus Andreas. 14.
Tolentinum. 74.
Toletana civitas. A perduellibus invaſa. 73. Ad obedientiam Caſtellæ regis reverſa, a cenſuris ſolvitur. 91.
Tortellius Jo: 178. 182. 183. Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus. 183.
Tranenſis. V. *Urſinus*.
Tranſylvania. Leges de Eccleſiaſtica diſciplina in ea latæ. 37.
Trapezuntius Georgius. 175. Ejus in Poggium querelæ. 177. 178. 179. 180. 181. 182. Andreas ejus filius. 177. 180.
Trevirenſe gymnaſium. 161.
Trevirenſis Archiepiſcopus, exauctoratus & reſtitutus ab Eugenio iv. 21.
Turcæ. Bella adverſus chriſtianos gerunt. 53. Claſſis in eos paratur. 83. V. *Amurates*. *Mahometes*. *Conſtantinopolis*.
Turrecremata Jo: Card. Commentaria in Gratiani Decretum ſcribit. 197. 211. & ſeq. Gratiani Decretum juxta Decretalium libros diſponit. 177.

V

VAlla Laurentius. Thucydidem, & Herodotum Latine vertit. 184. & ſeq. 193. 207. 208. Illius in Græcis litteris magiſtri. 195.
Varambone, Ludovicus de. Epiſc. Maurianæ, inter Cardinales aſſumptus. 74. Romam venit. 87. Obit. 100.
Varano Rodulphus, & Julius de. 39.
Vaticana Baſilica. 5. 9. Solemnis ex ea ad S. Marcum proceſſio. 43. Solemnia coronationis Friderici iii. ibi peracta. 105. & ſeq. Viſitatio ejuſdem. 127. Privilegiis a Nicolao v. ornatur. 157. Item ædificiis. 166. 167. 170. 171.
Vaticana Bibliotheca. 183. 202. 203.
Vaticanæ Pontificum ædes a Nicolao v. inſtauratæ. 167. 171.
Venaiſſinus Comitatus. Alienationes, & conceſſiones caſtrorum ejuſdem Comitatus interdictæ. 73. Nobiles & Comites fidem & obedientiam Apoſtolicæ Sedis Legato præſtent. 82. Item Romano Pontifici, & Apoſtolicæ Sedi. 126. 127.
Veneti. Eorum ad Pontificem Legati. 25. 32. Ad pacem cum Philippo Mediolanenſi Duce ineundam parati. 33. Patriarchatus Gradenſis Venetias translatus. 98. 99. Eorum cum Franciſco Sfortia Mediolani Duce bellum. 121. 122. Fruſtra ad pacem tentantur. 122. Fœdus cum

Alphon-

Alphonſo rege ineunt. 146. Pacem cum Mediolani Duce, & Florentinis ſtatuunt. 146. & ſeq. Oratores Neapolim ea de re mittunt. 147. 148. 157. Pacem Italicam conficiunt. 158. 159.
Veſontienſis. V. *Biſuntina*.
Veſpaſianus Florentinus. xviii. xx.
Vicecamerarius. V. *Amigdanis. Nicolaus v.*
Vienna Auſtriæ. Conventus ibi habitus. 121.
Viterbium. 103. 168. 169. 171.
Vizano Melchior de. Bononienſium ad Nicolaum v. Orator. 26.
Volaterranus Raphael. 12. 203.
Urbinas Ep. Antonius. Apoſtolicæ Sedis in Luſitania Legatus. 73. 74.
Urbs vetus. 168. 169.
Urſinus Jo: Antonius. Alphonſi regis ad Pontificem Orator. 25. Jo: Juvenalis Archiep. Remenſis. 50. 51. Latinus Archiep. Tranenſis, creatus Card. 56. 57. Urſinus de Urſinis a perduellionis crimine ſolvitur. 62. Urſini Friderico Cæſari obviam procedunt. 104. Latinus Card. 141. 161. V. *Præneſtinus*.

X

XEnophon, Latine verſus. 176. 177.

Z

ZAmorenſis Ep. Rodericus. 129. 198. 200.
Zanclietus Cornelius. 12. 16. 25. 105. 107. 112. 113. 129. 148. 149. 159.
Zenus Jacobus. 6. 18.

FINIS.

A D-

Digitized by Google

ADDENDA.

PAg. 200. lin. 18. poſt verbum cooptatus. De *Nicolao Cuſano* id unum addendum putamus, Opuſculum de *Mathematicis complementis* ab eo inſcriptum fuiſſe NICOLAO V. Ibi eundem Pontificem maxime commendat, quod effecerit, ut omnium tam Græcorum, quam Latinorum ſcripta, quæ reperiri potuerunt, ad litteratorum notitiam pervenerint, neque etiam Geometrica neglexerit; nam nuper ſibi tradidiſſe, ait, Archimedis Geometrica, Græce primum Pontifici oblata, deinde ejuſdem Pontificis ſtudio Latine converſa. Exſtat hoc *Nicolai* Cardinalis *de Cuſa* Opuſculum inter ejus Opera tom. III. pag. 1004. Archimedis ſcripta, ut eſt apud Fabricium Bibliothecæ Grecæ tom. II. pag. 555. Jo: Regiomontanus Romæ offendit, Latine reddita in gratiam NICOLAI V. a *Jacobo Cremonenſi*.

DELENDA ET IMMUTANDA.

PAg. 38. ad oram 6. I. *& honores reſtituti*. Scribe. *Iidem honoribus reſtituti*. Pag. 117. ad oram 6. XII. diſceſſerit ſit. Dele, ſit. Pag. 123. lin. 24. Dele a verbo. Verum *uſque* cenſeo. Titulus regii codicis ad *Franciſci Condulmerii* Legationem, de qua pag. 144. non ad Legationem Cardinalis *Rutheni* pertinet. Pag. 132. lin. 6. Idcirco aliquot &c. Dele aliquot, & quæ ſequuntur, uſque *Iſidorum*. Scribe igitur: Idcirco *Iſidorum*.

ERRATA OPERARUM.

Pag. 80. lin. 3. *Hunniadem*. Scribe *Huniadem*. Pag. 108. lin. 3. *Medoecia*. Scribe *Modoetia*.

HHG 2014793

Digitized by Google

Felix v. Antipapa. V. *Amedeus*.
Ferrarienſis conventus. 33. V. *Ateſtinus*.
Ferrerius Vincentius S. 97.
Fliſco Jo: Philippus de. 142.
Florentini. Eorum ad Pontificem Legati. 25. 32. Ad pacem cum Philippo Mediolanenſi Duce permoventur. 33. Pacem cum Alphonſo rege ineunt. 54. Fridericum III. honorifice habent. 102. Ab Alphonſo rege bello preſſi. 122. Pacem cum Venetis feriunt. 146. 147. Oratores Neapolim mittunt. 147. 148. 157. Pacem cum Alphonſo rege ſanciunt. 158.
Fœneratores in Sardinia, pœnis coerciti. 38.
Fontaninus Juſtus Archiep. Ancyranus. 163. 197.
Forumlivii. V. *Ordelaffus*.
Foſcarus Franciſcus, Dux Venetorum. 137.
Francofurtenſis conventus. 21. 22. 148. 149.
Fraticelli, hæretici. 37. 91. 143.
Fregoſius Ludovicus, Dux Genuenſium. 88. 142.
Fridericus III. Romanorum rex. Ejus Oratores ad Eugenium IV. 3. Item ad Nicolaum V. 25. 26. 28. Ejus ſtudia pro ſchiſmate abolendo. 28. Acephalorum ſectam abrogat. *ibid.* Ejus diffidia cum Hungaris, & Bohemis ob Ladislaum regem. 33. 34. Sponſalia cum Leonora Luſitana, init. 86. Iter in Italiam ad excipiendam ſponſam, & Imperii coronam parat. 101. In Italiam venit, & honorifice excipitur. 102. Legati Pontificis ei obviam miſſi. 102. 103. Quo apparatu Romam ingreſſus, & quo ritu a Pontifice exceptus. 103. 104. 105. 106. 107. Langobardorum corona a Pontifice donatur. 107. 108. 109. 110. Item Imperii corona. 110. 111. 112. Donationes Apoſtolicæ Sedis antiquitus factas confirmat. 103. 110. Sub una tantum ſpecie communicat. 112. Nuptias cum Leonora celebrat. 108. 113. Milites creat. 113. Pontificium de ejus coronatione diploma. 115. 116. Item de primariis precibus. 116. 117. Neapolim pergit, Romam redit, inde in Germaniam. 117. & *ſeq.* Inteſtina adverſus eum bella. 121. Conventum ad Ratiſponam indicit. 138. 145.
Fulginas Nicolaus. 137.

G

Gallicani caſtrum Lucenſibus reſtituitur. 97.
Gallus Nicolaus. 129. 130.
Gaza Theodorus. 187. Ariſtotelis, & Theophraſti libros Latine vertit. 192. Romam a Paulo II. accitus. 204.
Gennadius, qui & Georgius Scholarius. 132.
Genuenſes. 25. 90. 122. 138. 142. 158. 159. 161. V. *Corſica*. *Fregoſius*.
Geſuatæ. 161.
Ghinea a Luſitanis adquiſita. 160.
Giskra Jo: 80.
Gladius a Pontifice benedictus, Alberto Auſtriaco datus. 88.
Glaſcovienſe gymnaſium inſtituitur. 97.
Gneſnenſis Archiep. Vincentius, Card. honoribus reſtitutus. 31. 32. Uladislaus de præcedentia cum Sbigneo Card. contendit. 72. Ea controverſia ſedatur. 72. 73.
Godius Petrus. 139. 170.
Græci ritus, ne a Latinis in regionibus Græcorum uſurpentur. 55. Græcorum pervicacia. 109. Ad catholicam fidem ſimulate redeunt. 132.
Gratiani Decretum ſecundum Decretalium methodum editum. 197. Commentaria. 211. & *ſeq.* V. *Turrecremata*.
Gregorius Papa VIII. 10.
Gualdum oppidum. 167.
Guarinus Veronenſis, Strabonem Latine

rine vertit. 186. & ſeq. Hieronymus. 200.
Guazalotis Andreas de. 163. 164.
Gurcenſis Eccleſia. 34. 35. Ulricus Ep. 145. V. *Salisburgenſis*.

H

HAdriani pons. 167. Moles. V. *S. Angeli*.
Henricus VI. Angliæ rex. Ejus pro ſchiſmate abrogando ſtudia. 30. 31. Pragmaticæ Sanctionis decreta ei permiſſa. 43. Bellum cum rege Galliæ gerit. 93. Ex Gallia pellitur. *ibid.* Angli, qui ab eo deficerant, a crimine ſolvuntur. 126.
Henricus tit. S. Clementis Card. Archiep. Mediolanenſis. Apoſtolicæ Sedis in Gallia Ciſalpina Legatus. 54. Ejus obitus. 86. 87.
Heresbachius Conradus. 189.
Herodotus, Latine verſus. 185. 186. 193. 208.
Hieroſolymitanus equeſtris ordo. V. *Rhodienſes*.
Hippocratis Epiſtolæ, Latine verſæ. 195.
Homeri verſio Latina. 193. 194.
Horatius Romanus Iliadis Homeri partem Latine vertit 193. 194.
Hortanus Ep. Nicolaus. 163. 164. Antea Cataccenſis. *ibid.*
Hungaria regnum. Inteſtinæ in eo diſcordiæ. 80. V. *Ladiſlaus*. *Huniades*. *Fridericus* III.
Huniades Io: regni Hungarici moderator. Bellum ſacrum adverſus Turcas gerit. 53. Civiles inter eum & Hungaros diſcordiæ. 80. Iniquas pactiones cum Raſciæ Deſpota init. 80. Ad ejus preces Jubilei Indulgentiæ pro regno Hungarico conceduntur. 88. 89. Hungariæ Præfectus. 21 Item belli ſummus Præfectus. 149.
Huſſitæ. V. *Bohemi*. *Rokyzana*.

I

S. JAcobi Ordo equeſter in Hiſpania. Privilegia ei confirmantur. 26. Ne Ordinis Magiſter, niſi ſub certis conditionibus eligatur. 155.
Ilerdenſis. V. *Cerdanus*.
Imola. 144.
Indulgentiarum litteræ. Pœnæ in quoſdam eas contingentes. 127.
Infixura Stephanus. 44. 130. 131. 154. 155. 159. 162. 169. 170.
Innocentius Papa III. 10.
Johannes Andreas Ep. Alerienſis. 187. Idem Ep. Accienſis. 188. 189.
SS. Jo: & Pauli Eccleſia. Geſuatis conceſſa 161.
Iſidorus Cardinalis Ruthenus. Legatus CPolim miſſus. 123. 132. Capitur, & fugit. 135. 136. Ejus Epiſtola de clade CPolitana. 136.
Jubilei indictio. 60. 61. Initium 75. 76. Populi frequentia. 75. 76. Miſerandus caſus. 76. Pontificis pietas. 76. 77. Nummi ob hujuſmodi celebritatem cuſi. 77. Nonnullis regnis, ac Provinciis conceditur. 88.
Judæi. Conſtitutio ne quis cum eis communicet. 91.

L

LAdislaus Bohemiæ & Hungariæ rex. 33. 34. Romam in Comitatu Friderici Cæſaris venit. 105. Oratiunculam coram Pontifice recitat. 106. Quo ritu exceptus. *ibid.* Fugam tentat. 117. Pragam pergit. 149. 150. Inauguratur. *ibid.* Huſſitas coercet. *ibid.*
Lambertini. Æganus, Ulyſſes, & Guidantonius, Podii Rognatici, & aliorum hoſpitiorum jure donati. 62. 63.
Landis Amedeus de. Damnatus ob calumnias B. Bernardino Senenſi impactas. 37.

Lan-

Digitized by Google

claſſe in Turcas inſtruenda. 133. 134. 138.
Med na Sidoniæ. 143.
Mediolani Dux Philippus. 27. 32. Ejus obitus. 33. V. *Sfortia*.
Mercede Ordo de. Privilegia ei conceſſa. 56.
Metenſis Card. V. *Sagno*.
Minorum S. Franciſci Ordo. 56. Antonius Neapolitanus verbi Dei præco. 71. Angelus Serpetri Miniſter generalis creatus. 81. 205. Eugenius Somma in Bulgaria, Albania, & Raſſia Nuncius. 94.
Monte Petrus de. Ep. Brixienſis. 199. 200.
Montisferetri Fridericus Comes. Ab Eugenio IV. excommunicatus, & a Nicolao V. abſolutus. 38.
Morinenſis Jo: Card. Legatus ad Ferrarienſem conventum. 33. Ad Alphonſum regem. 54. 83. 84. Controverſias de decumis inter Alphonſum Aragonum regem, & clerum componit. 90. Ejus obitus. 100.

N

NArnia. 168. 169.
Navarræ rex Johannes. 38.
Nauclerus. 114.
Naufragantium bona reſtituenda. 85.
Nepeſini a perduellionis reatu ſoluti 62.
Nicolaus Papa V. antea Thomas Sarzanenſis. Ejus primordia, ortus, & genus. 10. 11. 12. Familiaris Nicolai Card. Albergati. 14. 15. Illius Comes in Legationibus Apoſtolicis. 16. Veterum codicum perſcrutator. 17. Ejus cum viris doctis conſuetudo. *ibid.* Num medicus fuerit. 14. Canonicus Bononienſis. 18. Creatur Subdiaconus Apoſtolicus. *ibid.* Vicecamerarius Eugenii IV. & ablegatus ad Florentinos, & Alphonſum Aragonum regem. 18. 19. Epiſcopus Bononienſis. 19. 20. Nuncius & Legatus ad Burgundiæ Ducem. 20. 21. 22. Viennam Auſtriæ pergit. 22. Creatur Card. tit. S. Suſannæ. 23. 24. Orationem de eligendo Pontifice habet. 2. Creatur Rom. Pontifex. 4. 5. 6. 7. Bononienſi Capitulo electionem ſuam in Romanum Pontificem nunciat. 8. Coronatur. 9. Clavibus B. Petri pro inſignibus gentilitiis utitur. 9. 10. Ejus ſignum Pontificium. 10. In nummis *Thomas Luganus* dicitur. 12. Variæ ad eum Principum Legationes. 25. 26. Ejus ſtudia pro ſchiſmate tollendo. 27. *& ſeq.* Italicos Principes ad pacem hortatur. 32. Item inter Romanorum regem & Hungaros. 33. 34. Salisburgenſis Eccleſiæ privilegia confirmat. 34. 48. Jo: de Capiſtran. Inquiſitorem contra Fraticellos creat. 37. Toparchis ditionis Eccleſiaſticæ ignoſcit; alios beneficiis ornat. 38. 39. In Corſicam Præfectos mittit. 40. Bononienſi Eccleſiæ jus judicandi de quibuſvis cauſſis concedit. *ibid.* Antonium Cerdanum Card. creat. 42. Preces ab eo indictæ pro ſchiſmate tollendo. 43. *& ſeq.* Pacta conventa cum Germanis approbat. 45. 46. Baſileenſem Epiſcopum, & populum abſolvit. 47. Gallorum regi gratias agit ob ejus ſtudium de ſchiſmate abrogando. 51. Bononienſi gymnaſio privilegia concedit. 55. Cardinales creat. 56. *& ſeq.* Jubileum indicit. 60. Schiſma tollit. 63. *& ſeq.* Pſeudocardinales dignitati reſtituit. 74. 75. Jubileum celebrat. 75. *& ſeq.* Bernardinum Senenſem Sanctorum Catalogo adſcribit. 80. Peſtis cauſſa Roma recedit. 77. 81. Alphonſo Aragonum regi nonnulla concedit. 82. 83. Borſium Ateſtinum Ferrariæ Vicarium creat. 84. Chaldæos in Cypro commorantes in communione Eccleſiæ catholicæ detinendos curat. 84. Jubileum aliis regnis

& Provinciis concedit. 86. Legatos in varias regiones mittit. 92. & ſeq. Patriarchatum Gradenſem Venetias transfert. 90. Græcorum Imp. monet, ut Græcorum ſchiſma tollat. 99. 100. Fridericum Cæſarem regni Langobardici corona donat. 107. Item imperii corona. 110. Primiarias preces ei concedit. 116. Legatum CPolim mittit. 122. In factioſos animadvertit. 128. Claſſem in Helleſpontum mittit. 133. De capta CPoli dolet. 135. 136. Bellum ſacrum in Turcas indicit. 139. & ſeq. Pacem inter Italicos Principes curat, & approbat. 140. 153. Imperium in Africa Luſitano regi confirmat. 160. Obitus. 165. Elogia. 164. 165. Opera publica. 166. & ſeq. Ejus navi. 171. Illius patrocinium erga litteras, & litteratos viros. 175. & ſeq.

Nicolius Nicolius. 17.

Noxetanus Petrus. 15. 194.

Nurſini a perduellionis crimine ſoluti. 39. Eorum cum Spoletanis induciæ approbatæ. 76. Inteſtinis bellis jactati, & ab Everſo Anguillariæ Comite vexati. 153. 154. 155.

O

OBeliſcus Vaticanus. 167.

Ordelaffus Antonius. Civitatis & Comitatus Forilivii pro S. R. E. Vicarius. 39.

Oriolum caſtrum in Romandiola. 126.

P

PAgius Franciſcus. XVII. 22. 24.

—— Antonius. XVII.

Palmerius Matthias. 189. 192.

Pantheon a Nicolao V. plumbo tectum 170. 171. 209.

Papebrochius Daniel. 8.

Papienſis Jacobus Card. 142.

Papienſis Ep. Jo:. Collector decumarum pro bello ſacro. 141. 142. Ad Ratisponenſem conventum pergit. 145. Ad Francofurtenſem conventum ablegatus. 148. 149.

Pariſienſis Academia. Nicolao V. paret, & Oratores ad eum mittit. 50.

Parmenſis Baſinius. 199.

Paulus II. abſidam Baſilicæ Vaticanæ a Nicolao V. inchoatam perficit. 167. Antonium Allium Epiſcopum creat. 198. Laudatus. 203. 204. V. *Barbus*.

Pera a Turcis capta. 136.

Perottus Nicolaus. 178. Polybium latine vertit. 183. 206. 207. Item Enchiridion Epicteti, & Simplicium. 183. 184.

Peruſini. Pœnæ in eos decretæ. 125. Ad pacem ſtabiliendam cum finitimis adducti. 155.

Piccolomineus Æneas Sylvius, poſtea Pius II. 2. Friderici Cæſaris ad Eugenium IV. Orator. 3. 4. Comitia Pontificalia poſt Eugenii obitum deſcribit. *ibid.* Ejus teſtimonium de patria & natalibus Nicolai V. 11. Illius cum eodem ante Pontificatum familiaritas. 15. In Germaniam redit. 20. Epiſcopus Tergeſtinus. 86. Sponſalia inter Fridericum Cæſarem, & Leonoram Luſitanam Neapoli ſtipulatur. *ibid.* Agit cum Pontifice de corona Imperii per Fridericum ſuſcipienda. *ibid.* Transfertur ad Eccleſiam Senenſem. *ibid.* Ex Italia in Germaniam redit. 94. Diſputationem cum Taboritis habet. 95. In Tuſciam ad excipiendam Leonoram pergit. 101 Romam venit. 105. Orationem de coronatione Cæſaris, & de Rep. chriſtiana coram Pontifice habet. 118. Apoſtolicæ Sedis in nonnullis Germaniæ Provinciis cum poteſtate Legati Nuncius. 119. Viennam Auſtriæ miſſus. 121. Pacem inter Auſtriacos & alios cum Friderico Imp. ſtatuit. *ibid.* Ejus epiſtola ad Nicolaum V. de clade CPolitana. 137. Item ad Card. de Cu-

Digitized by Google

Cuſa. *ibidem*. Ad Ratiſponenſem conventum miſſus. 145. Item ad Francofurtenſem. 149. V. *Pius* II.
Peſtis. 70. 71. 72.
Petavius Dionyſius. 179.
Pharenſis Epiſcopus Thomas. Boſniæ, & Croatiæ Legatus. 35. 36. 62. 143.
Philelphus Franciſcus. xix. 6. 178. Homeri Latine vertendi a Nicolao v. onus ei imponitur. 194. 195. Nicolaum v. laudat. 200. 201. 203.
Philonis Opuſcula Latine verſa. 192. 193.
Picininus Jacobus. Ditionis Eccleſiaſticæ invaſor, minis coercitus. 161. 162.
Piſaurum. V. *Sfortia*.
Piſæ, urbs. 11. 12.
Pius II. 185. 186.
Platina Bartholomæus. 11. Notatus. 19. 24. Citatus. 66. 67. 103. 146. 154. 157. 158. 165. 170. 171. 202.
Plato de Rep. & de legibus, Latine verſus. 179. 180. 181.
Podiebrachius Georgius. 94. 95. 120. Bohemiæ Præfectus. 121. Huſſitarum patronus. 151. 152.
Poggius Florentinus. 2. 6. 15. 17. 175. Xenophontis Cyropædiam, & Diodorum Siculum, Latine vertit. 176. *&* *ſeq*.
Poggius Jo: Baptiſta. 5. 25.
Poloni. V. *Caſimirus*. *Gneſnenſis*. *Cracovienſis*. *Sbigneus*.
Polybius, Latine verſus. 183. 193. 206. 207.
Pons Milvius. 171.
Porcarius Stephanus II. in Nicolaum v. conjurat. 128. Capite damnatur. 128. 129.
Portugallenſis Antonius Card. Ejus de electione Nicolai v. encomium. 5. Obit. 41.
Portugalliæ regnum. V. *Luſitania*.
Prædicatorum Ordo. Privilegia ei confirmata. 97.
Praneſtinus Epiſcopus Johannes Urſinus, vulgo Tarentinus. 38. Obit. 60. Georgius. 97.
Pragenſis conventus. 94. 95.
S. Praxedis Eccleſia a Nicolao v. reſtituta. 155.
Primariæ preces. 116. 155. 156.
Pruſſiæ populi inteſtinis bellis diſtenti. 152. 153.
Ptolemæi Almageſton, Latine verſum. 179. 180. 181.

Q

Quirinus Angelus Maria Card. & S. R. E. Bibliothecarius. 26. 27. 130. 132. 141. 178. 179. 180. 181. 186. 190. 198. 200.
—— Laurus. 137.
—— Thaddæus. 200.

R

Rabenſteynus Procopius, Orator Friderici Cæſaris. 25.
Radulphi Jacobus, ſacri Collegii Clericus. 5. 9. 74. 100. 162.
Raguſinus Jacobus Archiep. Claſſis Pontificiæ Præfectus, & Legatus. 134.
Raſcia, ſeu Raſſia regio. Georgius Deſpota. 80. 94. 142.
Ratiſponenſis conventus. 138. 145.
Raynaldus Odoricus. Notatus. 8. 22. 42. 60. 65. 98. 110. 162.
Recinetenſis Ep. Ad Peruſinos ablegatus. 155.
Renatus Siciliæ rex. 30. 31. 50. 122. 187. 188.
Renaudotius Euſebius. 130. 144.
Rheginus Matthæus, Minorita. 141.
Rhodienſes milites S. Jo: Hieroſolymitani. Johannes de Laſtico magnus Ordinis Magiſter. 83. Hujus Ordinis Conſtitutiones a Pontifice conditæ. *ibid*. Donationem inſulæ Caſtri rubei Alphonſo regi factam, ægre ferunt. *ibid*. Facultas celebrandi

di comitia Ordinis magno Magiſtro data. 143.
Richardus Eboracenſis Comes. 126.
Rinutius Aretinus. Æſopi Fabulas Latine vertit. 195. Item Hippocratis epiſtolas. ibid.
Roccha Angelus. 203.
Rokyzana Jo. Huſſitarum ſignifer. 51. 52. Archiepiſcopatum Pragenſem invadit. ibid. Ejus cum Legato Apoſtolico diſputatio. 52. Jo: Capiſtranum inſequitur. 94. 120. An palinodiam cecinerit. 149. 151.
Roma, & Romanus populus. Privilegia Senatui populoque Romano a Nicolao v. confirmata. 39. Immunitas a vectigalibus incolis regionis montium conceſſa. 56. Peſtilentia Romæ. 70. 77. Bonifacii VIII. litteræ de Romano Archigymnaſio innovatæ. 79. 80. Romanus Senatus Friderico III. obviam procedit. 104. 114. Jus puniendi fures & raptores ei datum. 127. Muri Urbis a Nicolao v. refecti. 168. 170. 209.
Roncones Angelus. 154. 155. Supplicio deditus. ibid.
Roſa aurea. 9. Caſimiro Poloniæ regi miſſa. 42. Duci Genuenſium. 88. Lantgravio Thuringiæ. ibid. Alphonſo Aragonum regi. 90. Friderico III. Imp. 113. Alphonſo regi Luſitano. 145.
S. Rufinæ Ep. Jo: Archiep. Cantuarienſis. 126.

S

SAbaudia Ducatus. Nicolai v. litteræ de Expectativis in ditione Ducis Sabaudiæ conceſſis. 79. Quæ idem Pontifex Ludovico Sabaudiæ Duci conceſſerit. 125.
Sabellicus M. Antonius. 75. 76. 146. 147.
Sabellii. Jo: Baptiſtæ, Mariano, Baptiſtæ, & Franciſco venia data. 39.
Sagno Guillelmus Hugo de, Archidiac. Metenſis. Cardinalatus honori reſtitutus. 74. 75. Romam venit. 87. 130. 131.
Saliſburgenſis Eccleſia. Diplomata Nicolai v. de jure eligendi, & conſecrandi Gurcenſem, Chiemenſem, Seccovienſem, & Laventinum Epiſcopos. 34. 48.
Salvatoris imago ad Sancta Sanctorum. 77.
Sanutus Nicolaus. Bononienſium ad Nicolaum v. Orator. 26.
Saraceni. Conſtitutio, ne quis cum eis communicet. 91.
Sardinia. V. *Fœneratores*.
Sarzana. Nicolai v. patria. 10. 11. 12. Lunenſis ſedes eo tranſlata. *ibid.*
Sbigneus Cracovienſis Ep. Cardinalatus honori reſtitutus. 42. Rubeus galerus ei mittitur. 71. 72. Controverſia de præcedentia inter eum & Gneſnenſem Archiep. ſedatur. 72. 73. Legatus ad civile in Hungaria bellum ſedandum dictus. 80.
Scanderbecus Georgius. 53. 146.
Schiſma tollitur. 66. 67.
Scholarius Georgius. V. *Gennadius*.
Sclavonia. 36.
Seccovienſis Eccleſia. V. *Saliſburgenſis*.
Sermentus Petrus. 73.
Sfortia Franciſcus, Marchiæ Anconitanæ invaſor. 38. Alexander civitatis Piſauri pro S.R.E. Vicarius. 39. Franciſcus Mediolani Dux. 108. Bellum cum Venetis gerit. 121. 122. Fruſtra ad pacem tentatur. 122. Pacem cum Venetis init. 146. 147. Oratores Neapolim mittit. *ibid.* & 157.
Sicilia citra & ultra Pharum regnum. 81. 90.
Sigonius Carolus. 14. Notatus. 19. 20. 21. 24.
Simonettus, ſeu Simeon. 146.
Simplicius Philoſophus. 184.
Soldanus Urbis. 104. Jacobus Calvus. 129.
S. Spiritus Xenodochium. Primatum ſupra Præceptorem Xenodochii Montiſpeſſulani obtinet. 156. 157.

Spole-

Spoletum civitas. 70. Municipalia ejus jura confirmata. 77. Cum Nurſinis induciæ. 78. Bellum cum iiſdem. 153. 154. Arx refecta. 168. 169.
S. Stephani in monte Cælio Eccleſia. Canonici ex ea ſublati, & Fratres S. Pauli primi Eremitæ ſurrogati. 155. Reſtituta a Nicolao v. 166. 170. 171.
Strabo Geographus, Latine verſus. 186. & ſeq. 192. 193.
Strigonenſis Archiep. Ei reformatio cleri in Tranſylvania committitur. 37. Legati nati, ac Primatus jus ei confirmatur. 126.
Sylvius Æneas. V. *Piccolomineus*.

T

TArentinus. V. *Prænestinus*.
Tatianus. 184.
Teutonici milites. 152.
Thaddæus Fr. Ord. Servorum. 199.
S. Theodori Eccleſia a Nicolao v. reſtituta. 165. 170. 171.
Teophraſti libri, Latine verſi. 192.
Thucydides, Latine verſus. 185. & ſeq. 193.
Tiburtinus Ep. Nicolaus. 78.
Tifernas Gregorius. Strabonem Latine vertit. 186. & ſeq. Item Dionis libros de Regno. 189. 190.
Tiraqnellus Andreas. 14.
Tolentinum. 74.
Toletana civitas. A perduellibus invaſa. 73. Ad obedientiam Caſtellæ regis reverſa, a cenſuris ſolvitur. 91.
Tortellius Jo: 178. 182. 183. Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus. 183.
Tranenſis. V. *Urſinus*.
Tranſylvania. Leges de Eccleſiaſtica diſciplina in ea latæ. 37.
Trapezuntius Georgius. 175. Ejus in Poggium querelæ. 177. 178. 179. 180. 181. 182. Andreas ejus filius. 177. 180.
Trevirenſe gymnaſium. 161.
Trevirenſis Archiepiſcopus, exauctoratus & reſtitutus ab Eugenio iv. 21.
Turcæ. Bella adverſus chriſtianos gerunt. 53. Claſſis in eos paratur. 83. V. *Amurates*. *Mahometes*. *Conſtantinopolis*.
Turrecremata Jo: Card. Commentaria in Gratiani Decretum ſcribit. 197. 211. & ſeq. Gratiani Decretum juxta Decretalium libros diſponit. 177.

V

VAlla Laurentius. Thucydidem, & Herodotum Latine vertit. 184. & ſeq. 193. 207. 208. Illius in Græcis litteris magiſtri. 195.
Varambone, Ludovicus de. Epiſc. Maurianæ, inter Cardinales aſſumptus. 74. Romam venit. 87. Obit. 100.
Varano Rodulphus, & Julius de. 39.
Vaticana Baſilica. 5. 9. Solemnis ex ea ad S. Marcum proceſſio. 43. Solemnia coronationis Friderici III. ibi peracta. 105. & ſeq. Viſitatio ejuſdem. 127. Privilegiis a Nicolao v. ornatur. 157. Item ædificiis. 166. 167. 170. 171.
Vaticana Bibliotheca. 183. 202. 203.
Vaticanæ Pontificum ædes a Nicolao v. inſtauratæ. 167. 171.
Venaiſſinus Comitatus. Alienationes, & conceſſiones caſtrorum ejuſdem Comitatus interdictæ. 73. Nobiles & Comites fidem & obedientiam Apoſtolicæ Sedis Legato præſtent. 82. Item Romano Pontifici, & Apoſtolicæ Sedi. 126. 127.
Veneti. Eorum ad Pontificem Legati. 25. 32. Ad pacem cum Philippo Mediolanenſi Duce ineundam parati. 33. Patriarchatus Gradenſis Venetias tranſlatus. 98. 99. Eorum cum Franciſco Sfortia Mediolani Duce bellum. 121. 122. Fruſtra ad pacem tentantur. 122. Fœdus cum
Alphon-

Digitized by Google

Alphonſo rege ineunt. 146. Pacem cum Mediolani Duce, & Florentinis ſtatuunt. 146. & *ſeq.* Oratores Neapolim ea de re mittunt. 147. 148. 157. Pacem Italicam conficiunt. 158. 159.
Veſontienſis. V. *Biſuntina*.
Veſpaſianus Florentinus. xviii. xx.
Vicecamerarius. V. *Amigdanis*. *Nicolaus* v.
Vienna Auſtriæ. Conventus ibi habitus. 121.
Viterbium. 103. 168. 169. 171.
Vizano Melchior de. Bononienſium ad Nicolaum v. Orator. 26.
Volaterranus Raphael. 12. 203.
Urbinas Ep. Antonius. Apoſtolicæ Sedis in Luſitania Legatus. 73. 74.
Urbs vetus. 168. 169.
Urſinus Jo: Antonius. Alphonſi regis ad Pontificem Orator. 25. Jo: Juvenalis Archiep. Remenſis. 50. 51. Latinus Archiep. Tranenſis, creatus Card. 56. 57. Urſinus de Urſinis a perduellionis crimine ſolvitur. 62. Urſini Friderico Cæſari obviam procedunt. 104. Latinus Card. 141. 161. V. *Prœneſtinus*.

X

Xenophon, Latine verſus. 176. 177.

Z

Zamorenſis Ep. Rodericus. 129. 198. 200.
Zanetlietus Cornelius. 12. 16. 25. 105. 107. 112. 113. 129. 148. 149. 159.
Zenus Jacobus. 6. 18.

FINIS.

A D-

ADDENDA.

PAg. 200. lin. 18. poſt verbum cooptatus. De *Nicolao Cuſano* id unum addendum putamus, Opuſculum de *Mathematicis complementis* ab eo inſcriptum fuiſſe NICOLAO V. Ibi eundem Pontificem maxime commendat, quod effecerit, ut omnium tam Græcorum, quam Latinorum ſcripta, quæ reperiri potuerunt, ad litteratorum notitiam pervenerint, neque etiam Geometrica neglexerit; nam nuper ſibi tradidiſſe, ait, Archimedis Geometrica, Græce primum Pontifici oblata, deinde ejuſdem Pontificis ſtudio Latine converſa. Exſtat hoc *Nicolai* Cardinalis *de Cuſa* Opuſculum inter ejus Opera tom. III. pag. 1004. Archimedis ſcripta, ut eſt apud Fabricium Bibliothecæ Grecæ tom. II. pag. 555. Jo: Regiomontanus Romæ offendit, Latine reddita in gratiam NICOLAI V. a *Jacobo Cremonenſi*.

DELENDA ET IMMUTANDA.

PAg. 38. ad oram §. I. *& honores reſtituti*. Scribe. *Iidem honoribus reſtituti*. Pag. 117. ad oram §. XII. diſceſſerit ſit. Dele, ſit. Pag. 123. lin. 24. Dele a verbo. Verum *uſque* cenſeo. Titulus regii codicis ad *Franciſci Condulmerii* Legationem, de qua pag. 144. non ad Legationem Cardinalis *Rutheni* pertinet. Pag. 132. lin. 6. Idcirco aliquot &c. Dele aliquot, & quæ ſequuntur, uſque *Iſidorum*. Scribe igitur: Idcirco *Iſidorum*.

ERRATA OPERARUM.


Pag. 80. lin. 3. *Hunniadem*. Scribe *Huniadem*. Pag. 108. lin. 3. *Modoecia*. Scribe *Modoetia*.

HHG 2014793

Digitized by Google

EXCUDEBANT ROMÆ
NICOLAUS ET MARCUS PALEARINI
BIBLIOPOLÆ ET TYPOGRAPHI
AD THEATRUM POMPEII
ANNO cIↃ. IↃCC. XLII.
SEDENTE
BENEDICTO XIV. PONT. OPT. MAX.
ANNO III.

Digitized by Google





Digitized by Google